FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

## Paulus <Castrensis>

## Lugduni, 1553

De pactis. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

fieri in fauorabilibus:vt in l.illud.in fi.§.de ſacroſanc.ecc.Ex par-
te verò filiæ cum ſit odioſum,nō extēdit ad nepotē ex filio,ſi qs
decedat cū filio maſculo,& cū nepte ex altero filio præmortuo:
quia non excludet à filio maſculo. Sed veniet ex perſona patris,
qui ſimiliter nō excluderetur,ſed ſi eſſet ex filia,ſecus:quia ſi ex-
cluderet eius mater ſi viueret. fortius eius filia. quinimò etiā ne-
pos ex filia,fœmina excluderetur:quia natus ex īfecta radice: vt
etiam in ſimili habet in vſi.feu.qui feud.dare poſſunt.§. cū verò
Conrad.cū ſeq.& no.per Doct.in l.j.§.fi.ff.de cōtratab.& p Bal.
in l.maximū vitiū.j.de lib.præte.Alij dicunt ꝙ filius & nepos ex
filio excludunt non ſolū filiam,ſed etiam nepotem ex filio: cū ſta
tutum factum ſit in fauorem agnationis:vt apud eam remaneāt
bona,vt not.in l.j.per Cy.j.de adul.Et ſi tranſiret ad neptem,per
uenire poſtea poſſet ad extraneos. Vide per Bar.in d.l.liberorū.
5 †In glo. ſuper verbo.[naturali ratione.]ibi.[falſum eſſet.]dic:qa
de iure naturali primeuo omnes homnines liberi naſcebātur. vn̄
cum nō eſſet cognita ſeruitus:ergo nec manumiſſo:& per conſe
quēs nec reuerentia quę debetur ratione manumiſſionis.Expo
ne ergo glo.vt in ea.ſed parum valet illa exceptio:quia adhuc vi
get eadem oppoſitio. Dic ergo in iure naturali,id eſt, gentium
quod etiam vocatur naturale.ex quo fuit inuenta ſeruitus & ma
numiſſio.vt l.manumiſſiones.ff.de iuſti. & iure.

LEX III.

1 Qui in poteſtate. †Filius in poteſtate etiā petita venia nō pōt in ius
vocare parentem:quia inter eos lis nulla eſſe pōt vt in
l.lis nulla.ff.de iu.Sed ſi eſt emācipatus,pōt eſſe inter
eos iudicium:ſed nō debet eum in ius vocare ſine venia. h.d.

## *De pactis.* *Rubrica.*

Quia in iudicio obijciuntur exceptiones pactorum, poſtquā
in ius quis eſt vocatus,ideo ſequenti loco ponitur de pactis. Et
iſte titu.cū ſeq.ſunt difficiles,& multa bona in eis dicuntur:ideo
diligenter eſt aduertendum.

2 ☞ *Aequalitas eſt ſeruanda.*
*Verbum conditio,quòd etiam ponatur pro toto fideicommiſſo conditionali.*
3 *Ius uel fideicommiſſum de futuro,ſeu conditionale poteſt per pactum remitti:& talis remiſſio duo operatur.ut hic.*
*Quòd ſpes talis fideicommiſſi dicatur eſſe aliquid in rerum natura,& poſſit donari.*
4 *Promiſſio de dando ſextantem de præſenti pro remiſſione, etiam datione ſubſecuta non reuocatur,nec retractatur,licet conditio fideicommiſſi defecerit.*
5 *Iuri de præſenti an poſſit renuntiari?*
6 *Quid iuris de futuro,& in ſpe probabili de iure?*
7 *Quid ſi non habeo ius in re nec in ſpe,ſed impoſſibilitate, ſuper qua ſpes à iure non approbatur?*
8 *Fideicommiſſarius conditionalis,ſi remiſit fideicommiſſum propter promiſſionem ei factam, uel pactum de non petendo fecit, poteſt ſtatim agere contra poſſeſſorem actione præſcriptis uerbis.& nu.9.*
*Quid ſi promiſit hoc modo, promitto ſi non petieris,uel ut non petat?*

LEX I.

1 Conditionis. †Fideicommiſſum conditio
nale poteſt pendente condi-
tione remitti per pactum:& datum pro remiſſiōe
non repetitur etiam conditione defecta. hoc dicit
in effectu. Et quia eſt difficilis in poſitione caſus,
ideo ipſum pone ſic:vt omnia remaneant clara. Quidam habēs
duos filios,quorum vnus vocatur Philinus,alter verò Licinius
frōto,fecit teſtamētum,& eos æqualiter inſtituit & ſi contingat
aliquē ipſorū decedere ſine liberis,alterū ſuperſtitē ſubſtituit per
fideicōmiſſum in dimidia illius quę cōtinet ſex vncias , mortuo
teſtatore cum Philinus nō haberet liberos,nec ſpem habendi(qa
fortè vxor eius erat ſterilis)vidēs ꝙ poſt mortē ſuam dimidia de
bebat peruenire ad fratrē deducta quarta trebellianica:puta vn-
cia cum dimidia,de qua ſola poterat teſtari,volēs poſſe teſtari de
pluribus,conuenit cum fratre de danda ſibi de præſenti ſextam
partem illius dimidiæ: puta vnam vnciam,& ille quittaret eum
de illo fideicommiſſo,& ipſum remitteret per pactum de nō pe-
tendo,etiam ſi cōtingat illum decedere ſine liberis:vt ſic ille poſ
ſit teſtari de quinq; vncijs.& ita factum eſt,quia ille Philinus tra
didit ſibi vnam vnciam.i.ſextam partem dimidiæ , & per pactū
promiſit nunquā petere amplius virtute teſtamenti,poſtea quic
quid ſequatur.deinde contigit quod vxor Philini mortua eſt. &
ille recœpit aliam vxorem,de qua procreauit te filium:& poſtea
mortuus eſt.Tu nūc vis repetere illam vnciam,tanquam indebi
tè traditam,vel ob cauſam quæ nō eſt ſecuta.Nam ſi illa cōuen-
tio facta nō fuiſſet,cùm pater tuus deceſſerit te filio relicto:& ſic
defecit conditio fideicommiſſi , nihil ergo debebatur illi patruo
tuo facta dicta conuentione:quia pater tuus illam vnciā ſibi tra-
didit pro remiſſione quam ab illo recipiebat,ſed illa remiſſio vi-
detur eſſe vana & inanis,poſtquam fideicommiſſum ſibi nō de-
bebat cōditione defecta.Nam priuatio pręſupponit habitum:&
vbi nunquam ſubſiſtit debitum,remiſſio eſſe nō poteſt.apparet
ergo nunc ꝙ illa remiſſio nō fuit neceſſaria:nec aliquid fuit ope
rata.ergo dicta cōuētio de dando ſibi illam vnciam videtur fuiſ-
ſe iniqua,& per cōſequēs datio poſſit reuocari:tāquam facta ob
cauſam quæ nō eſt ſecuta. Et nūc apparet q̄ritur quid iuris.Im-
perator determinat cōtrarium,ꝙ nō poteſt repetere:dicēs ꝙ iſta
cōuentio nō fuit iniqua,ſed iuſta. Nam fuit facta tempore quo
pendebat fideicōmiſſum:& ſic ſuberat ſpes,poterat enim cōtin-
gere quòd cōditio exiſteret,quod pater tuus decederet ſine libe
ris. Iſtam ergo ſpem abſtulit tibi patruus tuus per pactum , itm̄
quòd ſi deceſſiſſet ſine liberis,nō poſſet aliquid plus petere.Nō
eſt ergo iniquum ꝙ licet deceſſerit cum liberis,poſſit retinere il-
lam vnciam ſibi datam ex eo quòd illi ſpei renūciauit.h.d.in ef-
2 fectu.†Et ſic æqualitas eſt ſeruāda, vt ſicut ille nō poſſet venire
cōtra cōuentionē ſi conditio extitiſſet:ita nec tu repetendo ſolu-
tū:licet conditio defecerit.arg.ad hoc.infrà,de vſu.l.ſi ea pactio
ne.In text.ibi.[conditionis incertum.]id eſt, fideicōmiſſum ſub
incerta conditione relictum:vt patet ex ſequentibus: & ſic ver-
bum conditio poteſt ſumi pro toto fideicommiſſo conditionali,
per quod dixit Barto.ſe conſuluiſſe,cum teſtator filios ſuos inſti
tutos inuicem grauauerit per fideicommiſſum, quod ſi quis eo-
rum prius ſine liberis deceſſerit,eius portio deueniat in ſuperſti-
tem.Et poſtea in codicillis dixit,conditionem quam appoſui fi-
lijs meis in teſtamento adimo vel reuoco:quærebatur an videre
tur reuocaſſe totum fideicōmiſſum,an verò conditionē dūtaxat
remouiſſe,quam conſtat remoueri poſſe ſtante etiam fideicōmiſ
ſo,vt l.iij.§.cōditio.ff.de adi.le.Et determinauit ipſe quod videa-
tur reuocatum totum fideicommiſſum: & ſic verbum illud con-
ditionis ponatur pro toto fideicōmiſſo conditionali:nō eſt extra
nea expoſitio:vt patet per iſtum text.& ad hoc dicendum moue
tur.ꝙ ſi ſtaret propriè remaneret fideicommiſſum reciprocū pu
rum hincinde,& ſic eſſet inutile:quia tantùm reciperet quis à fra
tre,quantùm ſibi daret incontinenti, vt l. ab omnibus.§.ſi Titio.
in fi.de legat.j.Bald.addit. Nam hoc quando verba proferuntur
ab eo qui nec erat obligatus:nec obligatio erat quęſita:quo caſu
ſi reſultaret inconueniens de quo ſuprà , quia remaneret fideicō
miſſum inutile,debet exponi vt dictum eſt. aliàs deberet ꝓpriè
& ſtrictè ſumi pro ſola conditione. Vnde ſi teſtator legauit tibi
ſub conditione,poſtea in codicillis dicat conditionem quam ap
poſui tibi reuoco,ſola conditio eſſet reuocata: & remaneret fidei
commiſſum purum, nec aliquod inconueniens reſultat:ſicut re-
ſultaret quando eſſet fideicommiſſum reciprocum. Si verò pro-
ferantur verba ab obligato,vt ſi eras mihi obligatus ſub cōditio-
ne,poſtea dixiſti remitto & renuntio illi conditioni,an reddatur
obligatio pura? not.in l.lecta.ff.ſi certum peta. Sed ſi ego credi-
tori remitto,videor totum debitum remittere. In text.ibi. [non
iniquis rationibus.]Hic dicit Cy. imò æquis, & quidem tribus.
Primò,quia fideicommiſſum erat relictum in fauorē iſtius Frō-
tonij:ergo poterat ei renuntiare. vt in l.ſi quis in conſcribendo.
infrà eodem. Item quia tollitur votum captandæ mortis. Nam
amodò non ſperabit in morte fratris.ergo &c.l.fina.j.eod.titulo.
Item tollitur inuidia inter fratres.ergo &c.l.cum pater.§.euictis.
ff.de legatis ij.& ibi in gloſſ.j.& l.cùm oportet.§.primo. infrà,de
3 bo.quæ libe.†Nota.ergo,& ad hoc allegatur,quod ius vel fidei-
commiſſum de futuro ſeu cōditionale poteſt per pactum remit-
ti : & operatur iſta remiſſio duo.vnum de præſenti, & ſtatim:qa
tollit ſpem quam remittens habebat:& erat à iure approbata. nā
& illa ſpes dicitur eſſe aliquid in rerum natura. Vnde poteſt do-
nari:vt in lege ſpem.infrà , de donat. & venditio. vt in lege,ſi ia-
ctum rhetis.ff.de actio. empt . ergo & remitti pro aliquo dando
de præſenti, vt hic. Secundò operatur in futurum ſi contingit
illam ſpem deuenire ad rem. Quia iſta conditio non tollet tunc
illam rem,id eſt,ipſum fideicommiſſum.Et iſtum effectum non
habet remiſſio de præſenti. Sed demum conditione impleta:
ſicut

ſicut & ſtipulatio puta interpoſita ſuper cōditionali animo nouandi: quia nō habet effectum nouationis, niſi cum cōditio exiſteret: vt in l. quoties. de noua. Quãtùm ergo ad primum effectũ tollendi ſpem remiſsio eſt purà. ſed quantùm ad ſecundum tollendi rem eſt cōditionalis, ſicut & ipſum fideicōmiſſum. & ſi cōditio nō exiſteret, ſicut fideicommiſſum haberetur pro nō facto: ita & prædicta remiſsio. Ad iſtud autẽ notabile quòd nō valeat remiſsio pendente cōditione, & ſic non tollat ſpem de præſenti, nec tollat rẽ de futuro, ſi cōditio poſtea exiſtat: imò ea nō obſtante poſſit peti fideicommiſſum. tendunt oppo. gl. mag. ab illo ver. [ſed videtur.] vſq; ad ver. [quintò.] † Secũdò not. ex fi. ꝙ promiſſio de dando ſextantẽ de pręſenti etiam datiōe ſubſecuta: licet in tex. de datione nō fiat mẽtio, ſed gloſ. ſic intelligit, nō reuocatur nec retractaẽ. licet cōditio fideicommiſsi defecerit: & per conſequẽs etiam defecit remiſsio quantũ ad ſecũdum effectũ: quia habetur pro nō facta quantùm ad illum: vt ſ. dixi. Et cõtra illud notabile tendit oppoſitio quam format glo. in illo ver. [ſibi pactum &c.] & etiam principium gl. vſq; ad ver. [ſed videtur.] nam videbaẽ cõtrarium: quia illa promiſsio & datio fuit facta ob cauſam quæ defecit. Aut enim facta fuit propter carentiam liberorũ, & defecit ſuſceptis liberis, aut propter remiſsionẽ ſibi factam. & illa etiam defecit: & pro nō facta habetur, poſtquam defecit fideicommiſſum: quia nō poteſt operari ſecũdum effectũ. de quo ſ. dixi. ſed cõtrarium eſt, quia ſaltẽ nō defecit effectus primus. quia ſuſtulit ſpem incõtinenti quæ erat aliquid de præſenti: intantùm ꝙ amodo nō poterat deduci ſpes ad rem. etiam ſi cōditio exiſteret: & propter hoc nō dicitur defecta cauſa propter quam facta fuit ipſa promiſsio vel datio. Et propter hoc clarius quã gl. dicat remaneret declaratũ iſtud cõtrarium ſuper quo cõſiſtit tota ſub-

5 ſtantia & dubitatio huius l. † Pro declaratione ergo primarum op. diſtingue tres caſus. nam interdũ habeo ius de præſenti: & ſic in re. Interdũ de futuro, & ſic in ſpe probabili de iure, puta cōditionale. Interdũ non habeo in re, nec in ſpe: ſed in poſsibilitate, ſup. qua ſpes à iure nō approbatur. puta ꝙ poſsim alicui viuenti ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato. Nam ſpes ſuccedẽdi, non approbatur à iure, propter votũ captandæ mortis: vt l. poſt emãcipationem ff. de li. leg. de primo & vltimo nō loquitur iſta l. ſed tantũ de ſecũdo dic tamẽ in primo pro ampliatione materiæ volentium repetere, quod aut illud ius de præſenti eſt mihi acquiſitum ex diſpoſitione legali, ſine vel citra meã volũtatem. Pone exemplum in hæreditate mihi delata. Nam ſtatim acquiritur mihi etiam ignoranti ius adeundi. Item in legato, in quo ſtatim mihi ignorãti acquiritur actio ex teſtamento, & etiã dñiũ ſi teſtator erat dñs: vt in l. cũ pater. §. ſurdo. ff. de lega. ij. vel ſi aliquis geſsit negotia mea me ignorante: quia acquiritur mihi actio. neg. geſt. etiam ignoranti: vt plenè not. in l. Pomponius. ff. de neg. geſt. vel ſi aliquis mutuauit tibi nomine meo pecuniã ſuam: vt l. certi cōdictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. peta. Et tunc ſi dico quòd per ſimplicem renuntiationem vel potius repudiationem etiam parte abſente: & extra iudicium poſſum illud ius à me abdicare: & erit perinde ac ſi mihi non fuiſſet delatum: vt infrà, de repudia. hære. per totum. & l. ſeruum filij. §. j. de legat. j. & ſi certum pet. l. proinde. Si verò erat quæſitum meo conſenſu vel voluntate, & ſic per factũ: tunc aut erat ius poſſeſsionis: & poſſum illi renuntiare nuda voluntate mei ſolius: vt l. iij. §. iij. admittenda. ff. de acquirẽda poſſeſ. & dicitur renuntiatio potius quàm repudiatio. Et in hoc differt à præcedẽti. Aut erat ius dominij: & tũc ſecus niſi habeat rem pro derelicta. vt in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquirẽda poſſeſ. Aut erat ius perſonalis obligationis: & idem vt nulla voluntate mei ſolius non poſsim ei renuntiare, vel à me abdicare, ſed requiritur pactum: & ſic cōſenſus vtriuſque debitoris, & creditoris, quemadmodum & contracta fuit: vt in l. prout quiſque. de ſolu. Nam & ſi cuidam tertio promitterem non petere à te, nō oriretur tibi exceptio pacti, vel etiam in factum: niſi recepiſſet tuo nomine, & tu ratum haberes: vt plenè nota. in l. non ſolum. §. ſi

6 liberationis verba. de liber. lega. † In ſecundo caſu, quando eſt ius de futuro conditionale. & in ſpe. approbata à iure, conſtat quòd per pactum de non petendo in quo eſt conſenſus vtriuſque, poteſt tale ius remitti. Et hic eſt caſus in princip. huius l. quòd per ſimplicem renuntiationem meam non poteſt remitti. vt in l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. de legatis ſecundo. niſi facta fuerit parte præſente & acceptante: quia tunc habet vim pacti per l. tale pactum. in prin. ff. eo. tit. vel niſi facta fuerit in iudicio iudice eam recipiente: quia tunc etiam haberet vim pacti, quia recipit pro abſente, vt in l. in pluriũ. & ibi no. ff. de acqui. hære. & l. j. de cur. bo. dan. ff. Rationem diuerſitatis ponit hic gl. in verſ. [& poteſt.] Sed clarius dic ꝙ pactũ principaliter tendit ad obligandum creditorem: quod facere poteſt, etiam ſi ius non habeat de præſenti: licet repudiatio tendat principaliter ad abdicandum à ſe ius quod habet. Sed pendente conditione nullũ ius habet in re. vt l. cedere diem. de ver. ſigni. ergo non pōt illud à ſe

7 abdicare. quia priuatio præſupponit habitum. † Circa tertium caſum, dicendum eſt quòd nec per pactum, nec per renuntiationem poteſt tale ius remitti de iure ciuili. vt j. eo. l. pactũ quod dotali. & ff. de acqui. hære. l. qui ſuperſtitis. Sed de iure cano. va-

a let pactum[a] ſi interueniat iuramentum: vt c. ij. de pactis. libr. vj. Vel dic quod iuramentum non validat pactum, ſed eſt de ſe ſeruandum officio iudicis eccleſiaſtici. & etiam ſecularis: vt ibi. & in c. fi. de excep. & c. mulieres. de iureiurã. lib. vj. Et idẽ ſi ille de cuius hæreditate tractatur, erat mortuus: tñ ignorabatur. vt j. de capti. l. nec nos. quæ eſt notabilis ad hoc: & per prędicta remanent expedita oĩa contraria gloſ. vſq; ad ver. [quintò.] Excepto cõtrario de l. j. §. quod ait. ff. quorũ leg. per quẽ videtur nō poſſe remitti etiam per pactũ. Sed dic ꝙ ibi nec fuit pactum, nec fuit renuntiatio, ſed fuit quædam licentia vel conſenſus ab hærede tempore quo dare nō poterat ſcilicet ante aditam hæreditatem: quo tempore nullũ ius habebat in bonis hęreditarijs. vnde poterat dare licentiam legatario de ingrediendo, nimirũ ſi poſt aditã hæreditatẽ habet interdictũ quorũ lega. cui per pactũ non renũtiauit. & ꝙ poſt aditam hæreditatẽ naſci incipit, & etiam aliud contrarium. ꝙ hoc pactũ erat contra voluntatẽ defuncti, & ſic videbatur eſſe contra. l. & per conſequẽs non valeret. vt j. eo. l. pacta. Sed reſponde, ꝙ etiã ſi teſtator expreſsè inhibuiſſet fideicōmiſ. quod non remitteretur, tamen valeret remiſsio: quia hoc nō concernit niſi fauorẽ prohibiti: cui poteſt renuntiare: vt in l. filiusfa. §. diui. de leg. j. & l. quoties. j. de fideicō. & j. eo. l. ſi quis in conſcribendo. Sed qñ inhibitio. l. vel teſtatoris tenderet in præiudicium alterius quàm prohibiti: tunc procederet oppoſitio gloſ.

8 † Reſtat vltimò vna quęſtio, quam glo. format in fi. & propter eam ſemper remittitur ad iſtam gloſſam, & in multis locis allegatis in titul. de tranſact. videlicet quòd ſi iſte Philinus non tradidiſſet iſtum ſextantem, ſed promiſiſſet, & Frontonius per pactum remiſiſſet fideicōmiſſum. An poſſet nunc vel etiã viuente Philino dictus Frontonius petere dictũ ſextantem. Et ſic patet qđ gl. intelligit iſtũ textũ qñ Philinus iã tradiderat, & filius eius volebat repetere. licet in textu hoc nō dicaẽ expreſsè. Glo. in iſta quæſtione diſtinguit. nã aut Philinus promiſit talẽ ſextantem: ſi Frōtonius faceret ſibi pactũ de nō petẽdo fideicōmiſſum, vt ſi ipſum fideicōmiſſum remitteret per acceptilationẽ, vel alio mō: vel ꝓmiſit ſub modo, vt fieret ſibi pactũ, de non petendo, vel remiſsio: & tũc ſtatim facto pacto vel remiſſione videretur impleuiſſe conditionẽ vel modũ perfectè, & per cōſequẽs poſſet agere act. præſcri. ver. etiam ſi promiſsio de ſextãte fuiſſet facta per pactum nudũ: quoniã habita relatione promiſsionis ad conditionem vel modum, reſultat contractus innominatus do vt facias: in quo parti quæ perfectè impleuit datur actio præſcri. ver.

9 vt in l. naturalis. de præſcrip. verb. † Aut promiſit dare ſextantẽ hoc modo, promitto ſi non petieris, vel vt non petas. & tũc licet fecerit pactũ de non petendo, vel acceptilationem: & ſic nō poſſet petere de iure: quia ſaltẽ remouetur exceptũ: tamen quia poteſt petere de facto quouſq; viuat, non videtur impleuiſſe contractũ perfectè: quia illa verba ſi non petieris vel vt non petas, intelliguntur ſcilicet nec de iure, nec de facto. Et primum potuit perfectè impleri: ſecundũ nō quouſq; viuat. & ei qui nō perfecit ex parte ſua cõtractũ innominatũ nō daẽ ac. pręſcri. ver. q̃ño ergo ſubueniẽẽ ſibi. Rñdeo ſi promiſſor recuſat dare cũ cogi non poſsit, repeteret ille liberatus & petet illũ reponi in priſtinã obligationẽ ſi liberauit per acceptila. Sed ſi ꝑ pactũ qđ act. nō tollit ipſo iure, aget act. ex teſtō ad fideicommiſſum. Et ſi excipietur de pacto, replicabitur quod non ſeruanti pactum nō eſt ſeruan-

a ❡ Pactũ. Adde Bald. de feud. Doct. in l. ſi conſtante in §. ſi vir. ff. ſo. matr. Bald. in c. j. §. ſi minori. ſi de feud. fue. contro. in vſi. feu. Ioan. And. in addi. Spe. tit. de pact. in §. ij. in princ. & an pacta inualida firmẽtur iuramento. vide per docto. in c. debitores. de iureiu. & in c. cum contingat. eo. titu.

2 ¶Ex tenore.adde dif fuſè in iſta materia poſt eum per do. Fe. in d.c.ex tenore.

dū.vt j.e.l.cùm proponas. Et dicit gl.quòd nec præſtādo cautionē Mutianā de nō petēdo videt̃ perfectè implere illi qui tenetur nō petere:qa illa cautio ſolū habet locū in vltimis volūtatibus.hęc ſunt quæ voluit gl.ſubtiliter.& per oēs Doct.approbat̃:recipit tñ vnā limitationem, qa nō procedit qñ promiſsio de ſextāte fuit nuda per ſimplex pactū.nam tūc ex ea nō datur actio:vt in l.iuriſgētium.§.igitur nuda.ff.e.nec etiā dat̃ actio ex cōtractu inominato reſultante habita relatiōe prędicta promiſsiōis ad cōditionē vel modū,niſi ei qui perfectè impleuit: ſed ſi promiſsio fuiſſet facta per ſtipulationem, quæ ſola ſufficit ad actionem producēdam,bñ poſſet agi ex ea ſola certi cōditione,licet nō perfectè impleuerit:quia ſufficit impleuiſſe prout potuit.ad hoc vt agere poſsit ex cōtractu noīato:ſicut eſt ſtipulatio licet nō ſufficiat vt agere poſsit ex contractu innominato, q eſt debilior:ita videt̃ ſentire hic Cy.licet aliter videat̃ loqui in l.ſiue apud acta.j.tit.j.in quinta oppo.in addi.Sed Bal.hic tenet primā opi.pro qua dico eſſe caſum.j.e.l.cum proponas in ij.ibi dum dicit ſi tibi ſtipulatiōe nō proſpexiſti,ex cōtrario ſenſu.Nam ex cōtractu nominato poſſum agere ſi impleui eatenus quatenus potui,licet nō perfectè:vt ſi tibi vendidi vſumfructum.Nā nō poſſum tradere,niſi patiēdo te vti frui.& iſta patiētia nō poteſt præſtari perfectè quouſq; viuo:quia licet præſtē hodie, poſſum cras nō pſtare.& tñ nullus negabit quominus poſsim petere pretiū: ac ſi pfectè tradidiſſem.ſcd̄m Bald.qđ eſt multū vtile & ſubtile.

2 *Licet in emptores tranſeant actiones quas habet hæres uenditor contra debitores hæreditarios ſaltem utiles, actiones,tamen paſſiuæ quas habent creditores contra hæredem non tranſeunt,& quare?*

LEX II.

1 POſt venditionem. †Si creditores hæreditarij cōueniāt emptorem hæreditatis,& ille ſpōte ſubeat iudicium, cenſetur pactum factum de non petēdo hæredi.h.d. Ad euidentiam præmitte q ſi hæres vendit hęreditatem , actiones paſsiuæ nō tranſeunt in emptorem, ſed remanent apud ipſum: quia ipſe emptor ius nō habet in illis actionibus:qm̃ ſunt creditores.& ſic hæres tenet̃ directa actione:ſed actiones actiuæ bñ trāſeūt.Scias tñ q ſi vēditor cōuentus à creditoribus hęreditarijs quicquā ſoluit,repeteret ab emptore pac.neg.ge.l.ij.j.de hę.vel ac.vē.In tex. ibi.[à te.]ſupple herede.† In text.ibi.[ſpontanea ſuſcepiſſe volūtate.]ſubaudi & fuerūt cōdemnati iſti emptores, ſed reperiunt̃ nō eſſe ſoluendo.vñ volūt iſti creditores redire ad hæredem,qui per vēditionem hæreditatis non fuit liberatus ab eis : licet enim in emptores trāſierint actiones quas habebat hęres vēditor contra debitores hæreditarios,ſaltem vtiles.vt in l.ij.j.de hæredi. vel actio.vendi.actiones tamē paſsiuę quas habebant creditores cōtra hæredem,nō tranſiuerūt:& quę ſit ratio.dic vt in d.l.ij. Tñ dicitur hic,q ad hæredem redire non poterunt:quia poſtquam illi emptores ſponte ſubierūt iudicium, cenſetur eſſe factum pactū de non petendo illi hæredi. Ex quo datur ſibi exceptio.Sed quo modo ſi ille hæres erat abſens,& in pacto requirit̃ volūtas vtriuſque.So.verum eſt in pacto expreſſo,ſed in tacito & legali ſecus: quia conſenſu reſultat ex actu geſto inter creditores & emptores hæreditatis,ideo non requiritur conſenſus partis cui acquiritur. ad hoc ſemper alleg.iſta l.contra quam opp. Dy.de l.tale pactū. §.ſi poſt.ff.eodem ſolu.hic egerūt iſti creditores:ibi non egerunt, ſed ſolutionem à ſpōte ſoluente recœperunt. & per hoc non videntur pactum feciſſe.quod tene menti.

2 *Seruus poteſt tollere obligationem domini recipiendo ſolutionem,ſi contractus fuit celebratus per eum.*

LEX III.

1 SEruus. †Seruus nō poteſt per pactum remittere actionem competentem domino ſuo. h. d.Et hoc eſt verū:ſiue ſit acqſita dño ex ſuo ꝓprio cōtractu,ſiue ex cōtractu ſerui:hoc tñ ſcd̄o caſu ſi tēpore celebrati contractus ſeruus apponeret aliquod pactum præiudiciale domino,illud eſſet ſeruādum:quia ius nō erat adhuc perfectè quæſitum domino.& in quęrendis poteſt præiudicare. nā acquiritur cum illo pacto:& hic eſt caſus in l. ſi autē domini cā. ff.eodem titu.& vide l.prece.ibi, ſcilicet l.contra iuris.§.ſi filius. vbi plenè declaratur iſta materia. In text.ibi.[cauſam domini facere poteſt. ]Nam bene poteſt facere ſibi fieri pactum à creditore domini ne petatur à domino,& acquirit domino exce. pacti:

2 ſed econuerſo quòd dominus non petat, paciſci non poteſt.† In text.ibi.[reformare.]ſubaudi vel tollere. non ergo ſeruus poteſt nouare obligationem domini:ſicut nec facere pactum de nō petendo.bene tamen pōt eā tollere recipiendo ſolutionem , ſi contractus fuit celebratus p eum.vt in l.quod ſeruus.ff. depo. ſecus ſi per dominum.vt in l.ſi vnus.poſt prin.ff.eod.tit. In gl.magna. ibi.[ſecus in acquirendis.]dic quia poteſt non acquirere domino,vel acquirere cum aliquo pacto præiudiciali.quod eſt ſeruādum:vt ſ.dixi.In gloſſ.ibi.[Item in dominicis.] dic appellat dominica ea quæ non ſunt ſeruo conceſſa in peculio. Nam etiam conceſſa dominica ſunt,tamen ſunt pecuniaria & commiſſa adminiſtrationi ſerui.ideo magis in illis poteſt præiudicare domino.& imputet ſibi cur commiſit. In gloſſ.ibi.[in re autem peculiari facit deteriorem &c.]dic hoc intellige quando habebat liberam adminiſtrationem peculij.aliàs ſecus.ſed nec tunc cū habet poteſt in omnibus,imò excipiuntur aliqui caſus.quos gloſſ. j.ſubijcit,qui videntur exceptuati de generali adminiſtratione: & cum libera.& not.gloſſ.& ſigna eam.

2 *Exceptio oriens ex hac renuntiatione litis motæ dicitur exceptio litis finitæ.*
*Non dicitur propriè renuntiatio quæ conſiſtit in ſolo conſenſu renuntiantis tantùm, niſi etiam adſit conſenſus alterius partis: & an talis conſenſus requiratur? & nu. 6.*
3 *Vnde procedit quòd qui renuntiat liti motæ uideatur etiam renuntiare iuri quod habet, & quod in iudicium deduxit,cum uerbum lis ponatur ſolùm pro inſtātia: & nu. 4.*
4 *Differentia inter iudicium,inſtantiam,cauſam,uel actionem in iudicium deductam, & litem.*
5 *Ius qualiter ſumatur hic? duobus modis.*
6 *Si actor renuntiauit liti motæ,an talis, renūtiatio ualeat quominus poſſit reus petere q procedatur in cauſa?*

LEX IIII.

1 POſtquam liti. †Qui renūtiat liti mortę, vidētur renuntiare tā inſtantiæ q̃ etiam iuri quod in iudicium deduxit.h.dicit. Iſta l.habet materiam multùm inuolutam ad quam omnino

2 vide quod habetur in c.ex tenore.' de reſcrip.& quod ibi no. per Moder.ſ.per d.Ant.de Bu.qui dicit tria circa intellectum huius l.per illum tex.Primò q videt̃ renūtiare liti,dicendo , nolo amplius litigare. Item q iſta renuntiatio poteſt fieri etiam altera parte inuita.Itē tertiò quòd iſta l.habet locum poſt litem motam, id eſt,conteſtationem factam:& tūc videtur renunciare iuri, & ſic toti cauſæ,ſed ſi non eſſet cōteſtata: quia tunc ius adhuc in iudicium non eſt deductum,non poteſt dici ſublatum per hanc renuntiationem:ſed certè de his duobus dic,vt j.dicam ſuper gloſ. quia magna eſt altercatio inter doct.Dicit etiam per hanc l.limitari authē.qui ſemel.j.quomodo & quando iud. quæ vult quòd actor nō poſsit renuntiare inuito reo: quia illa loquitur quando vellet renuntiare inſtantiæ duntaxat, vel differre proſequi. Sed quādo toti cauſæ & iuri in iudicium deducto, nō habet locum illa auth.ſed iſta l.vt poſsit parte inuita. Sed de hoc etiam dic vt j.dicam.Veniamus ad caſum. Ego moui tibi litem ſuper aliquo prædio,agendo cōtra te rei vē.poſtea renūtiaui iſti liti,dicēdo nolo amplius litigare,vel agere:ſed volo renuntiare iſti liti: poſtea volo facta renūtiatiōe iterū intētare act.cōtra te.Et dicit Impera

2 tor,quod nō poſſum.† In tex.ibi cauſam finitam:dic per iſtū tex. dicūt doct.q exceptio oriēs ex hac renūtiatiōe dicitur exceptio lit.finitæ ſicut exceptio trāſactiōis iuriſiurādi.& rei iud. ideo impedit lit.cōteſt.quia poteſt opponi ad initium iudicij. ne quis cogatur libello reſpōdere ſicut & illæ alię de qbus.ſ. vt in c.j. de li. cō.lib.vj.Et hoc etiam ſequit̃ aliud q ſi iſta renūtiatio eſſet facta ob cauſam de futuro,& ſic reſultaret cōtractus inominatus etiā re integra ab altera parte.i.cauſa nōdū impleta , nō haberet locū pœnitentia per l.fratris.j.ti.j.licet in alijs contractibus innominatis qui nō tēdunt ad litem finiēdam locum habere poſsit. vt in l. ſi pecuniā.ff.de cōdi.ob cauſam.In gloſ.ibi:quā iuri. Intellige,id eſt,actioni intētatæ,nō autem intelligas q ſi intentauit rei vēdi. per hāc renūtiationem perdiderit dñium rei:& ſic acquiſitū reo: imò adhuc remanet penes actorem.per l.ſi pro fundo.in fi.j. tit. j.Et ita intelligit Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq. poſſeſ.ſuper ſecunda lect.vbi omnino vide. nec etiam intelligas quòd actio ſiue ſit rei vēdicatio: ſiue actio perſonalis: ſint ſublatæ ipſo

in ipſo iure,poſtquam remãſit penes actorem dominium, vel ſi erat actio perſonalis,remanſit ciuilis obligatio: ſicut poſt pactũ de non petendo.in cuius virtute remaneret etiam actio.vt no.in §.pactus ne peteret.l.ſi vnus.ff.e.ſed aduerſus dictas actiones pa rat exceptio pacti.per iſtam l.ideo ſituatur in hoc tit.aliâs non cõgruẽ ſtaret. Et ex hoc ſequitur determinatio ad aliud de quo in alia gl.ſcilicet ꝙ in hac renunciatione requiritur conſenſus alterius partis:aliâs non poſſet dici pactum quod conſiſtit in conſenſu duorum.Et ſic non eſt propriè renunciatio quæ cõſiſtit in volũtate renunciantis tantũ.vt no.in l.j.ff.e.nõ enim põt à ſe abdicari actionẽ perfectè acquiſitã ſua volũtate per nudã volũtatem.vt l.Pomponius.la j.ff.de neg.geſt.& dixi in d.l.j.† Sed
3 eſt videndũ ſuper iſta glo.vñ procedit iſta renũciatio iuris. nã verbũ lis poniẽ pro inſtãtia. vt l.cũ lite mortua. ſecundũ vnũ intellectum.ff.iudi.ſol.& inſtantia eſt diuerſa à iure cũ conſiſtat ſolo in actu & ordinatione proceſſus , & regula eſt quod renũciatio vel pactũ factũ ſuper vno ad aliud penitus diuerſum non extenditur.vt l.ſi vnus.§.in ſumma. & §.ante omnia.ff.eo. Dixit Bar. timore huius cõtrarij,ꝙ iſta renũciatio iuris,ꝓuenit nõ ex ꝓprio ſignificato litis,quia nõ cõprehendiẽ ſuper verbo litis. ſed ratione cuiuſdã neceſſarij pręambuli.nã qui renunciat vni,videẽ etiã renunciare alteri ſine quo prima renunciatio non valeret.vt in l. illud.ff.de acqui.hære.Sed iure iſto ſoli inſtãtiæ poſt lit.cõte. nõ poſſet renũciari:quia lis per hoc nõ finiretur. & patet ex notatis in l.edita.§.de eden. vbi non poteſt fieri mutatio vel emendatio poſt lit.conte.Sed inſtantiæ & cauſæ ſeu iuri bene poterat renũciari etiam iſto iure quia per hoc finiebatur lis,& reus erat ſecurus ſicut ſi obtineret ſententiam diffinitiuã.Cum ergo quis poſt litis conteſta.renunciat liti ſeu inſtantię:quod idem eſt:& ſic credendum ꝙ velit renunciationem valere,& valere non poteſt niſi renunciet etiam cauſæ ſeu iuri. vt ſic totum finiatur. ſequitur ad renunciationem litis ſeu inſtantiæ renunciatio etiam cauſæ: ſeu iuris ex præſumpta mente renũciantis.Sed ſi apparet de cõtraria volũtate,tunc nec ius eſſet renũciatum:quia non vult. nec ſola inſtãtia quia nõ poteſt:ita intelligit ipſe hãc l.& malè: & reprehẽditur per Bal.& meritò.etiã per domi.Rapha. ſequentem Bal. quia facit malũ fundamẽtũ dum dicit quod iſto iure actor poſt lit.cõte.nõ poterat renũciare ſoli inſtãtiæ. nam hoc eſt falſum:cũ poſſet differre & negligere proſequi: & permittere inſtãtiam finire:nec poterat cõpelli per reum ad ꝓſequẽdum,nec cõtrahebatur hoc modiciũ vt poſsit peruenири ad diffinitiuã. vt l. & poſt edictum.§.j.ff.de iud.& ideo facta fuit auẽ.qui ſemel.j.quõ & quã iudex.nec aliquid faciunt notata in l.edita.quia ibi nolebat renũciare inſtãtiæ:ſed emẽdare vel mutare,& proſequi eundem libellum,& ſuper eo ſentẽtiam obtinere.nam illud fateor ꝙ facere non poterat: nec olim nec hodie per rationes ibi notatas. ſed permittere inſtãtiam perire. & per cõſequẽs illi renũciare etiam inuito reo poterat olim.hodie non per illam auẽ.qui ſemel. ergo renũciatio iuris nõ eſt neceſſarium pręambulum ad renũciationem inſtãtiæ. Præterea negare nõ poteſt Bar. quin reo conſentiente etiam hodie poſſet renunciari ſoli inſtantiæ:ſed l.illud.loquitur quando nullo modo poterat vni iuri renunciare:quin re-
4 nunciaret per prius alteri.† Aut ergo reus acceptat renunciationem inſtãtiæ vel litis,quod idem eſt ſecundũ Bar. & tũc ex proprio ſignificato nõ extenditur ad renũciationem iuris:nec ꝓpter neceſſarium pręambulum. Aut nõ acceptauit,& tũc nõ valeret hodie renũciatio:ſed olim ſic ad ſolam inſtãtiam: dic ergo quod illud procedit ex proprio ſignificato verbi litis , quod importat duo,ſcilicet ipſam inſtãtiam.& etiam ius in iudiciũ deductũ. & hoc voluit iſta gloſ.& etiam oẽs alij doct.& ſic eſt dare quatuor alia vocabula,ſcilicet iudiciũ.quod cõplectiẽ totũ.& incipit à citatione.vt no.§.ti.ꝓxi.ſuper rubrica. Itẽ inſtãtiam: & iſta importat dũtaxat exercitium.& incipit in conte.litis.vt j.de iudi.l. properandum.poſt prin.Item ius ſeu cauſam,vel actionem in iudicium deductam.& iſta etiam incipit à cõte.& ante conte.nõ dicitur in iudicium deducta.vt no.gloſ.in l.ſi.§.illud.j.de temp.ap. & j.ti.j.in l.cauſas vel lites. Itẽ habemus quartũ vocabulũ, ſcilicet lis.& iſta cõprehẽdit tam inſtãtiã quàm cauſam. & ſimiliter incipit in conte.vt in c.ex parte veſtra.extra de ver.ſigni. Meritò renũciatio litis comprehẽdit tam inſtãtiam quàm etiã ius vel cauſam:& hæc eſt veritas quàm voluit iſta glo.notabilis.In glo. ſeq.mag.in princ.ibi.lite tantùm mota nocet &c.Intellige mota, ſcilicet per conte. nã tunc incipit eſſe lis & inſtãtia & cauſa:vñ cũ iſta tria ſint de præſenti,poſſunt tolli per ſimplicẽ renũciationem,[a] etiã in qua altera pars nõ cõſenſit.qa iuri de præſenti põt renũciari.& ſic dũ glo. dicit nocet intellige, ſcilicet vt videatur renũciatum inſtãtiæ & iuri : & habeat locum quod hic dicitur in tex.ſed ſi adhuc nõ eſt cõteſta. nullum iſtorum dicitur eſſe de pręſenti.ſed de futuro.Ideo nõ ſufficeret ſola renũciatio facta parte abſente:ſed requireretur pactũ,& ſic conſenſus alterius partis.& per cõſequẽs eius pręſentia,vel alterius qui reciperet pro ea & hęc eſt intẽtio glo.Per quod patet ꝙ glo. hanc l.intelligit in ſimplici renũciatione quæ nõ habeat vim pacti,quod etiã ſtatim clarius declarat dũ dicit ꝙ nõ curat an pars fuerit præſens vel abſens:nõ ergo valeret renũciatio facta parte abſente ſi lis nõ erat cõte.ſecundũ glo.ſed cõtra.quia ſaltem ius actoris erat de præſenti,ſcilicet actio:ergo poterat ei renunciari.
b Solu.dicit Iaco.Bu.ꝙ per renũciationem li.[b] videtur tacitè renũciatũ iuri.ſi ergo nõ valet expreſſum,ſcilicet litis renũciatio.quia lis adhuc nõ eſt:nõ valet tacitum,ſcilicet renunciatio iuris. licet
5 illud ſit de præſenti.† Vel dic quod ius ſumitur hic duobus modis,ſcilicet in abſtracto prout adhuc nõ eſt in iudiciũ deductũ. Item in cõcreto poſtquam eſt deductum:nam tũc comprehẽditur ſub iſto ver.cauſa qñ aũt renũciatur liti iam motæ per conte. renũciatur iuri.prout eſt in cõcreto:quia cõprehẽditur ſub ver. cauſa.nam tũc etiam dicitur eſſe cauſa:nõ autem prout eſt in abſtracto.& ſic ceſſat obiectio.Bar.dicit ꝙ iſta procedunt iure iſto: ſed hodie licet lis nõ erat cõte.ſi tamẽ datus erat libellus, & pars citata,nõ poteſt actor renũciare inſtantiæ etiã futurę,nec etiã ei quod eſt geſtum de pręterito per auẽ.qui ſemel.niſi vellet etiam renũciare iuri per quod finiretur cauſa: & ideo ſi ſimpliciter renũciaret,cẽſeretur renũciaſſe inſtãtiæ & iuri:ad hoc vt valeat renũciatio:niſi de cõtraria volũtate appareat.ſed iſtud dictũ ſuum fundatur in falſo fundamẽto.de quo ſ. dixi. Ideo nõ eſt curãdũ. Bal.tamẽ dicit ꝙ etiã ſi lis nõ erat cõte. licet per renũciationem nõ tollatur inſtãtia,quæ adhuc nõ eſt:imponitur tamẽ obſtaculum ad inſtãtiam futuram.quia nõ poterat poſtea eam inchoare parte inuita,dicẽs ꝙ iſta gloſ.nõ vult dicere ꝙ nõ valeat. ſed quòd non operatur illum effectum ante conteſtationem quam operatur poſt:quia poſt operatur duplicem effectum. Tollit enim inſtantiam quæ eſt de præſenti , & etiam ius : ſed ſi non eſt conteſtata,nõ tollit aliquid de præſenti. ſed inducit impedimẽtum ad futurum.iſta eius verba parum mihi placẽt. nõ enim reſpõdent ad fundamẽtum Iac.But.quia ſi nõ valet quó ad id quod eſt de præſenti:quia nihil eſt: non poteſt valere quó ad id quod eſt de futuro. Alb.dicit communiter teneri ꝙ valeat etiam ante lit.cõte.Et ſic vides magnam perplexitatem in dictis doctorum.Breuiter intelligẽdo hãc l. prout dixi quod nõ loquatur de propria renũciatione cõſiſtente in volũtate vnius tantũ , ſed de illa quæ habeat vim pacti:cum vt cõueniat cum ti.in quo eſt ſituata,tum etiam quia ius actionis perfectè acquiſitum ex ſui volũtate nõ poteſt à ſe abdicari nuda volũtate ſui tãtùm. vt etiam tetigi in l. j.§.eo.tũc nõ eſt curãdum an ſit lis cõte.vel nõ:quia per pactum poteſt renũciari ei quod eſt: vel eſſe de futuro ſperatur. & ſic teneo id quod dicit Albe.ſi autem fieret parte abſente, Iac.But.tenet cõtra glo.ꝙ nõ valeat.ſiue eſſet lis cõte. ſiue non. niſi abſens haberetur pro præſente:vt quia eſſet cõtumax. Idem ſentit Bar. addẽdo: vel niſi facta eſſet coram iudice pro abſente & recipiẽte,& ſic quãdo pars eſſet præſens,poſſet fieri iſta renũciatio etiã extra iudiciũ,& ſine præſentia iudicis.quod no.Bal.ſentit cõtrarium,dicẽs ꝙ differẽtia debet eſſe inter renũciationem & pactũ. Sed cum reuerẽtia nõ ſubtiliter cõſiderauit. & etiam dicit aliud in quo videtur ſubijpſi cõtrariari.videlicet ꝙ niſi pars cõſentiat nõ acquiritur ſibi ius vel exceptio ex iſta renũciatione,nõ tamẽ requiritur eius præſentia ſecundũ eum:ſed ſufficit ꝙ quãdocũq; ſciat ratificet.Certè ſi hoc eſt,ergo requiritur vel eius præſentia, vel alterius qui pro eo recipiat. aliâs etiã ſi hoc audito acceptat, ſibi nõ requiratur ius.per glo.quæ eſt in l.illud.§.de ſac.ſan.ecc. Et tamẽ ipſe vult cõtrariũ, ꝙ nõ requiratur præſentia, quod eſt intelligẽdum nec ſui nec alterius recipientis pro ipſo. aliâs nihil
6 valeret dictũ ſuum. † Breuiter aduerte clarius & ſubtilius quã ipſe loquatur.ꝙ aut intereſt ipſius rei ꝙ procedatur ad ſententiã

a ¶ Renunciationem. Adde glo.in c.ſignificauit. de teſti. Ant. de But.in c. cauſam. el j.eo.titu.

b ¶ Litis. Adde Geor. Na.in rep.c. quãuis. de pactis.lib.vj.

a ¶Iuramento. Adde doc.i c. cũ cõtingat. de iureiu. Doc.i c.licet mulieres.eo.titu. lib.vj.

b ¶Inter virũ & vxo. Adde Ioã.de imo.in rep.c.cũ cõtingat de iureiu. Abb.in c.fin. de do.iter vi.et vxo. & circa hoc adde eũ dẽ Pau.de ca.in cõſ. lxij.& cõ.liij.i j.parte cõſiliorũ nouorũ. Ale.d imo.i cõ.viij. & i cõ.clvij.i ij.vol. Roma.i cõ.xciiij.& in cõſ.ccxciij.Abb.i cõ.lxxxviij.i ij.vol. & Frã.de are. in ſuo cõſ.lxxiij.Cur.

& ꝙ non deſiſtatur à lite.per ea de quibus
habetur in l.vtiq;.ff.de rei ven.vel quia re-
nuntiatur ſoli inſtantiæ,non iuri:& ſic nõ
finitur lis.& tunc reo non conſentiente nõ
valet renuntiatio,quominus poſsit reus ar
ctare actorem ad proſequẽdum litem: quo
uſq; perueniatur ad ſentẽtiã diffinitiuam p
authẽ.qui ſemel.aut non intereſt ipſius rei
ꝙ fiat proſecutio,ſeu ꝙ procedatur in cau
ſa:& tunc aut quærimus an valeat renun-
tiatio ſine voluntate eius,quantum ad hoc
vt actor non cõpellaꝰ proſequi ſi nõ vult,
& dico ꝙ valet.ar.in l.ſi reus paratus. ff. de
procu.vbi reus non compellitur litigare, ſi
vult ſoluere:ergo & eodẽ modo actor non
debet compelli proſequi ſi vult renuntiare
& reus ex hoc nullũ dãnum patitur. & ex
toto quantum ad iſtũ effectũ valet renuntiatio,etiam facta par-
te abſente & non conſentiente,& nullo pro eo recipiente. Aut
quærimus an valeat quantũ ad hoc vt ipſi reo acquiratur ius ex
ceptionis,per quod poſsit repellere actorẽ volentem reinchoare
litem.& in hoc ſtat ſubſtãtia huius.l.in quo dico ꝙ requiritur vo
luntas rei,ſine qua nõ poteſt ſibi acquiri,& per cõſequẽs requi-
ritur eius pñtia,vel alterius recipientis pro eo, vel nuntius , aut
epiſtola.per ea quæ no.in l.conſenſu.ff.de ac.& ob.Et non curo
ſi alterum iſtorũ interuenit ante lit.conteſt.vel non.cum habeat
vim pacti.& iſta faciunt te intelligere hanc l.difficilem in ſui ma
teria malè per Doct.declaratam.

*2 ☞Exceptio pacti eſt de iure prætorio,non de rigore iuris ciuilis.*
*3 Per pactum de non petendo licet non tollatur ciuilis obligatio,ſed duntaxat naturalis,tamen ſolutum per errorem tam facti quã iuris repetitur.*
*Quid ſi obligatio non eſſet eliſa per exceptionem?*

LEX. V.

1 CReditori. † Eadem obligatio poteſt tolli par-
tim ipſo iure per ſolutionem,& par-
tim per pactum de nõ petendo.& ſic ope exceptiõis
2 h.d.†Not.hic quod exceptio pacti eſt de iure præto-
rio,non de rigore iuris ciuilis,& ſic pactum de non petendo de
rigore iuris ciuilis nihil prodeſſet,quia eſt nudum : ſed requi-
reretur acceptilatio præcedente aquiliana ſtipulatione.ſed per
edictum prætoris quo cauetur pacta ſeruabo.vt l.j.in prin.ff.eo.
3 & l.iuriſgentium.§.ait prætor inducitur exceptio.Item†no.glo.
fi.ꝙ licet per tale pactũ nõ tollaꝰ ciuilis ogligatio: ſed duntaxat
naturalis,nihilominus ſolutum per errorem tam facti quam iu-
ris repetitur.Sed contra.quia tunc error iuris induceret repeti-
tionem quando ſolutum nullo iure erat debitum,nec naturali-
ter nec ciuiliter.vt not.in l.j.ff.de condi.inde. Solu. quod imò
etiam inducit quando altero tantum iure erat debitum, tamen
eliſum per exeptionem.nam & tunc perinde eſt ac ſi nullo iure
erat debitum,ſi exceptio erat fauorabilis.quinimo etiam ſi vtro
que iure erat debitum.vt in exceptione velleia.vt l.qui exceptio
ne.ff.de condi.inde.Sed quando obligatio non eſt eliſa per ex-
ceptionem,tunc etiam ſi vna obligatio ſubſiſtat, error iuris
non inducit repetitionem:ſed error facti tantum,vt l.error. §. de
iur.& fact.ign.& l.error.infra.ad l.fa.& per hoc intelligas.glo.fi.

*2 ☞Pactum de non ſuccedendo,licet ſit inualidum de iure ciuili:non tamen eſt contra bonos mores,& an firmetur iuramento? & nu.3*
*3 De iure canonico non dicitur contra bonos mores,niſi illud quod inducit ad peccandum.*
*4 Donatio facta inter uirum & uxorem,an firmetur iuramento.*

LEX. VI.

1 PActa quæ. †Glo.exemplificat iſtam.l.cum di
cit [bonos mores]in pacto de fu-
tura ſucceſsione.Quod intellige in pacto de cuccedẽ
do,vel de futura ſucceſsione certo modo diuidenda,
tunc bene eſſet contra bonos mores quia inducit votum captã-
dæ mortis.Ideo non firmaretur iuramẽto etiam de iure cano. vt
2 in c.non eſt obligatoriũ.de reg.iu.in vj †Sed pactũ de non ſucce-
dendo licet ſit inualidum de iure,vt in l.pactũ.j.de coll.nõ tñ eſt
a contra bonos mores:quia non firmaretur iuramẽto.[a] cuius con-
trarium eſt verum:vt in c.ij.de pac.in vj. Reprobatur ergo alia
ratione.quia pro modico de præſenti renuntiaret quis de facili
magnæ hæreditati futuræ:ſicut in fi.in pacto.l.comiſſoriæ:vt in l.
3 fina.j.de pact.pig.& de hoc dic per Barto.j.eodẽ.l.fina. † Et di-
cit hic Bald. quòd non dicuntur contra bonos mores de iure
canonico niſi illa quæ inducant ad peccandum.Sed de iure ciui
li etiam ſi non inducant ad peccandum, alia tamen ratione poſ-
ſunt dici contra bonos mores.vt patet in do.inter coniuges.quæ
dicitur eſſe contra bonos mores alia ratione quàm peccati.vt in
l.j.cum ſeq.ff.de do.inter vir.& vxo.& ideo remanet dubium ſa
tis difficile.qualiter intelligatur illud.c.non eſt obligatorium:an
de his quæ ſunt cõtra bonos mores de iure canonico tantùm:an
4 de his quæ etiam de iure ciuili. † Et ſi dicamus ꝙ primo modo
b tunc donatio facta inter vir.& vxorem.[b] de iure canonico firma
bitur iuramento.& ſi intelligatur ſecundo modo,nõ firmabitur.
& in hoc articulo Bar. variauit. vt patet in notatis per eum in l.
Seius & augerius.ff.ad l.fal.vbi eam iuramẽto firmari tenuit. &
in l.j.de dona.inter vir.& vxo.vbi tenet cõtrarium.& no.per eũ.
in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.Puto illud.c.debere intelligi de
his quæ ſunt contra bonos mores de iure canonico , quæ indu-
cunt ad peccandum.& ideo illa donatio firmabitur iuramento,
quia non eſt contra bonos mores de iure canonico. De materia
autem vltimæ glo.dic vt in l.ſi vnus.§.pactus.ff.eo.licet Bal.hic
ingrediatur materiam illius.§.gratia commentandi.

*2 ☞Quando creditor ſuccedit debitori, an actio extingat ſucceſsionem iure cõfuſionis an iure ſolutionis?*
cus in pactis de nõ ſuccedendo.vt in c.ij.de pac.eo.li.Ergo illud
non eſt cõtra bonos mores. In tex.ibi.[pactum.] ſubaudi etiam
ſtipulatione vallatum. In tex.ibi.[patri ſuo.] ſubaudi non obſtã
te hoc pacto ſolùm maſculum hæredem inſtituit vniuerſalẽ. &
iſtam filiam in x.ſolidis.vt moris eſt.& certè valet teſtamentum.
nec iſta filia poteſt plus petere,ſi dos ſufficit ad legitimam. quia
computatur in eam.& valet teſtamentum, poſtquam in aliquo
ipſam hæredem inſtituit.vt no.in l.iij.§.ſed vtrum.ff.de mino.in
glo.ordinaria.Et idem ſi inſtituiſſet eam in ſola dote.vt ibi nota.
ſecus ſi in nullo:& ſic eſſet præterita.nam ſuccederet ab inteſta-
to vna cũ fratre ęqualiter de iure communi.Sed pone quod iſte
pater deceſsit inteſtatus. & in loco erat ſtatutum quod fœmina
non ſuccedat cum maſculo ab inteſtato. iſta verò vult ſuccede-
re virtute pacti:dicens quod illud pactum habet vim vltimę vo
luntatis poſtquam non apparet de contraria voluntate patris:&
ſic videtur pater ſibi reliquiſſe dimidiam, ſaltem iure fideicom-
miſsi,vel legati:& ſtatutum eam nõ excludit ab eo quod ſibi re-
linqueretur à patre:quid iuris? Dico quod non poteſt ſuccedere
per caſum.l.ſing.j.eo.& l.licet.quę determinat iſtud dubium:quia
iſtud pactum ſicut non habet vim contractus,vt obliget patrem
& ipſum neceſsitet:ita non habet vim vltimæ voluntatis. niſi in
milite,etiam ſi fuiſſet factum coram.vij.teſtibus.Et hoc ſingu.te
ne menti.quia per illam.l.iſta gloſſatur & ſuppletur.

2 *☞ Bona ſubiecta reſtitutioni ſub conditione: ſi alienentur præſente illo cui debent re-ſtitui:& non contradicente,quòd ualeat alienatio,& quando poßit reſcindi?*

LEX XVI.

1 CVm proponas. †Fideicommiſſum cõditiona
le poteſt per pactum remitti.
2 h.d.dic vt ſ.e.l.j.& † hic eſt vna glo.quæ allegatur.j.ꝙ bo
na ſubiecta ſub cõditione reſtitutionis,ſi alienentur præſente il-
lo cui debent reſtitui,& non contradicente,valet alienatio,quia
ille videtur remiſiſſe ius ſuũ:quod facere potuit.vt hic.quod per
petuò tene menti. Sed in contrarium facit fortiter. quia non po-
tuit impedire alienationem per ſuam contradictionem, quomi-
nus valeat cõditione pendẽte.licet poſtea reſcindatur. iuxta no.
in l.ſeruo legato.§.j.ff.de lega.j.ergo tacendo non videtur cõſen
tire.per ea quę plenè no.in l.Gaius.ff.de pig.actio.& hoc magis
placet.licet Bal.in l.quoties.poſt prin.j. de fidei. videatur tenere
iſtam gl.eo caſu quo tacet malitioſè.per l.j.j.ad vellei.& l.ſi fine.
cũ ibi no.ſed nõ cõſiderauit id quod ſ.dicit̃.Tene mẽti.& differt
l.j.quia hic ambo fuerũt rogati inuicem : ibi nullus fuit rogatus.

LEX XVII.

1 PActum quod bona. †Tantùm valet pactũ cum ſcriptura, quan-
tùm ſine ſcriptura.h.d.Et ſic ſcriptura non eſt de ſubſtantia cõ-
tractus:ſed fit ad proba. vt in l.contrahitur.ff. de pig. fallit tamẽ
in quibuſdam caſibus ibi notatis.

2 *☞ Creditor quando recipit partem ab uno ex pluribus obligatis inſolidum, ſit cautus, ut dicat recipio,ſaluo iure ſolidi.*

3 *Si unus ex pluribus reis debendi obligatis inſolidum ſoluit partem,quando inducatur diuiſio:& quando non?& nume.4.*

LEX XVIII.

1 SI creditores. † Ex receptione partis debiti ſoluti ab vno ex correis debendi , inducit̃
diuiſio debiti , ex quo reſultat taciti pacti exceptio.h.d.ſecundũ
Bar. In tex.ibi, [quenquam.] Antiqui habent quemq;: & illa eſt
dictio vniuerſalis comprehendens omnes in l.hoc articulo.ff.de
hęre.inſti.alij habent quemquam.& illa eſt particularis compre
hendens tantùm vnum.& iſta eſt vera litera. In tex.ibi,[pro ſua
perſona:] iſtud verbum pondera.nam cum tenerentur ad centũ
quilibet inſolidum,vnus ſoluit quinquaginta,dicens ꝙ pro ſua
perſona & pro parte ſibi cõtingẽte ſoluebat. creditor poſtea vo-
lebat ipſum conuenire pro alia parte:quia fortè correus nõ erat
ſoluendo,videbatur ꝙ poſſet.quia cum ille eſſet obligatus ad ſo
lida centum , ſoluendo partem liberatus fuit ab illa parte tantũ,
& pro alia remanſit obligatus.in l.ſi ſtipulatus.ff.de ſol.in j.char
ta.ſed iſtud procederet ſi ſimpliciter ſoluiſſet. vt etiam probatur
in l.inter eos.§.j.ff.de fide.Sed quia dixit ſoluo pro perſona mea,
vel pro parte mihi cõtingenti:creditor ſponte recipiens videtur
ſibi feciſſe pactum de non petendo alteram partem,& eſt pactũ
tacitum,vt hic dicit glo.Et eſt aduertendum. quia ſi nõ erant ni
ſi duo debitores,non poteſt dici ꝙ hic fuit inducta diuiſio actio
nis.nam tunc actio dicitur diuidi inter plures, quando primò te
nebatur quilibet inſolidũ.& tunc incipit quilibet teneri pro par-
te tantùm d.l.inter eos.§.pe.ſed hic primus qui ſoluit , liberatur
in totum ſtatim ipſo iure.quatenus ipſe ſoluit partẽ in virtute ta
citi pacti.vt & ſ.eo.l.creditori.alter verò qui non ſoluit, fuit libe
ratus ſimiliter ipſo iure à parte ſoluta.& remanſit efficaciter obli
gatus in parte non ſoluta.vnde non eſt propriè diuiſio actionis,
per quam quis remanet obligatus in parte efficaciter : & in alia
parte pleno iure , ſed non efficaciter. Vnde hoc caſu non placet
ſummarium Bar.qui dicit ꝙ inducitur diuiſio , ſed ſi eſſent plu-

res,puta quatuor qui tenebantur ad c.quilibet inſolidũ,& vnus
ſolueret xxv.pro parte ſua,quantum ad eum dicendum eſt.vt ſ.
dixi.ſed quãtum ad alios tres bene fuit inducta dicta diuiſio: vt
ſic poſtquam creditor recœpit iſta ab illo:non poſsit aliquem de
alijs tribus conuenire niſi pro xxv. Nec ob. ꝙ non fuerint præ-
ſentes in illa receptione.quia hoc eſt tacitum pactum legale, qđ
prodeſt etiam abſentibus.vt ſ.eo.l. ij. cum ibi no. Et ibi ſaluo &
intelligo id quod no.Bar.circa finem, quod non poteſt intelligi
niſi in caſu prædicto.& iſtum intellectum perpetuò tene menti:
quia quilibet diceret contrarium prima facie,quod quilibet alio
rum poſſet conueniri ad totum reſiduum,poſtquam cum eis ni
hil fuit actum.Sed intentio Bar.& aliorum, qui dicunt hic indu
ci diuiſionem,non poteſt ſaluari niſi modo quo dixi. & etiam in
quantum ipſe dicit ꝙ iſta diuiſio prodeſt abſenti,ſi bene cogita-
bis,& hoc male declaratur per ipſum,& alios poſtea ſcribentes.
2 & per eos tamen non tangitur & eſt neceſſarium.† Sit ergo cau
tus creditor quando recipit partem ab vno ex pluribus obligatis
inſolidum.vt dicat recipio ſaluo iure ſolidi.nã iſta verba impor-
tant vt alteram partem poſsit ab eodem petere,& etiam à quoli
bet:aliorum inſolidum.& ita dicit Albe.ſe vidiſſe fieri. & etiam
ego vidi. Sed quidam dubitabant quid eſt dicere iure ſolidi , &
non intelligebant.Gloſ.hic magna format tria contraria.& ſunt
difficilia informatione.quia illæ leges loquuntur diuerſis termi-
nis.Primum contrarium eſt de l.reos.j.de fideiuſ.vbi dicitur qđ
ſi vnum de fideiuſſoribus mihi obligatis inſolidum conueniam,
vel inſolidum,vel pro parte. & contingat ipſum mihi condem-
nari,& poſtea reperiatur non ſoluendo,non prohibeor illud idẽ
petere à fideiuſſore.ergo per petitionem primam non fuit indu-
cta diuiſio:quia ſi fuiſſet inducta pro rata quæ tangebat illũ pri-
mum conuentum,non poſſet confideiuſſorem conuenire. ſicut
nec hic pro rata quæ contingit non ſoluentem,non poſſum con
uenire ſoluentem.Eſt enim perinde ac ſi à principio quilibet ſe
obligaſſet pro parte , quo caſu licet alter eorum ſit non ſoluẽdo,
poſſum pro parte illius alterum conuenire:vt in l.legatorum. in
principio.ff.de leg.ij.Glo. ſoluit iſtud contrarium tribus modis.
Primo.quòd hic interuenit expreſſum pactum quòd quilibet il-
lorum haberet ſoluere partem tantùm,& ſic habet tex. quemꝗ.
Iſta ſolutio, non eſt bona. quia tunc iſta lex non haberet dubiũ.
Præterea communiter habetur in textu quenquam.Secunda ſo
lutio eſt quod ibi creditor conuenit vnum inſolidum , quo caſu
non inducitur diuiſio. Si autem conueniſſet pro parte : tunc in-
duceretur , ſicut quando reciperet ſolutionem pro parte. vt in
hac l. Iſta ſolutio confunditur per illum textum , quia etiam ibi
loquitur quando conuenit pro parte. Tertia ſolutio eſt quòd
iſta intelligatur ſecundùm illam. Nam illa vult, quòd ſi primò
conuentus reperiatur non ſoluendo , poſsit alter conueniri pro
eo pro quo primò fuit conuentus. Et eadem ratione hic ſi alter
non eſt ſoluendo , poſſet ille ſoluens conueniri pro altera parte.
Inducitur ergo diuiſio quando ambo ſunt ſoluendo. Et tunc
alter pro altero conuenitur: nec hic nec etiam ibi conueniretur.
ſed eo non exiſtente ſoluendo ceſſat diuiſio. Hæc ſolutio eſt
truffa. quia poſtquam eſt inducta diuiſio , non curatur an alter
efficiatur ſoluendo vel non facit l.inter eos. §. primo. ff. de fide-
3 iuſſoribus. † Dic ergo quòd iſti caſus ſunt diuerſi. quia iſta lex
loquitur quando vnus ſoluit partem.Et tunc inducitur diuiſio.
quod tamen intellige vt ſuprà dixi.& ſic iſte ſoluens non poſſet
conueniri pro altera parte , etiam ſi correus eſſet non ſoluendo.
ſecundùm verum intellectum. Sed lex contraria loquitur quan
do vnus tantùm fuit conuentus:quo caſu aut inſolidum.& tunc
conſtat quòd non inducitur diuiſio , ſed electio & clarum eſt
quod electio non præiudicat, niſi ſequatur ſolutio.vt in l.finali.
eodem titulo.Aut fuit conuentus pro parte,& tunc ſimiliter di-
uiſio non inducitur, nec etiam reſultat pactum de non petendo
alteram partem , nec illi , nec correcto. vt ibi patet. Sed contra
vtrunque opponitur primò contra primum. quòd nec induca-
tur per ſolutionem partis.dicta l.inter eos.§.primo.ff. de fideiuſ.
allegat in glo. Dicunt Docto.quòd hic loquitur in pluribus reis
debendi , qui non habebant inter ſe beneficium diuiſionis , hoc
iure, & ſic creditor non tenebatur recipere partem , ſi nole-
bat. vt lege , tutor. §. Lucius. ff. de vſuris. Recipiendo er-
go ſponte videtur vti liberalitate : & ſic pactum feciſſe , &
actionem diuiſiſſe. Ibi loquitur in pluribus fideiuſſoribus:
q habebãt hoc iure bñficiũ diuiſiõis ex epiſtola diui Adriani,ſi
erãt ſoluẽdo:& ſic creditor cogebat̃ recipere partẽ.ſi ergo partẽ
recepit ab vno ex eis:cũ hoc faciat de neceſsitate,nõ videt̃ vti li
beralitate,nec feciſſe pactũ,nec actionẽ diuiſiſſe,qa in neceſsita
tibus nemo &c.vt in l.rẽ legatã ff.de adi.le.& iõ ſi poſtea añ di-
uiſionẽ factã per iudicẽ alter reperiatur nõ ſoluendo, poſſet ille
idẽ cõueniri,et etiã ſi ſint ſoluẽdo & perueniat̃ ad diuiſionẽ fiẽ-
dam per iudicem:reſiduum qđ reſtat debet diuidi inter omnes,
etiam in non ſoluente.vt ibi.Iſta diſtinctio eſt bona, & procedit
eo caſu quo ſoluens non dicit ſoluo pro perſona mea , vel pro
mea parte:ſed ſi hoc dixit,inducitur diuiſio per pactum non ſo-
lum in pluribus reis debendi non habentibus beneficium diui-
ſionis:vel olim, vt hic,vel hodie ſi ei renuntiaſſet.ſed etiam in fi
deiuſſoribus,vel in habentibus tale beneficium.cum ſit eadem
ratio.quia creditor ſic recipiendo videtur ſibi feciſſe præiudi-
cium.& ita intelligit.Ang.illum tex.limitando ſecundùm iſtam
l.ꝙ ibi loquatur quando iſta verba in ſolutione non fuerunt ap
poſita:aliàs eſſet idem ibi quod hic.& hoc.& hoc etiam videtur
de mente Bar.in l.ex duobus.de duobus reis.Contra ſecundùm
opp.ꝙ etiam agendo pro parte inducatur diuiſio.vt in l.liberum
j.de fideiuſſ.Sol.ſi creditor agit pro parte contra omnes ſimul.i.
cõueniẽdo quẽlibet pro pte,tũc inducit̃ diuiſio facta cõteſtatio
ne.& ſic altero effecto nõ ſoluẽdo alter nõ condẽnabit̃ niſi pro
parte.& ita loquitur.l.liberum,ſed ſi agat contra vnum tantum
pro parte,tunc non inducitur diuiſio.nec pactum.vt in d.l.reos.
Ratio ſecundũ quoſdam eſt.quia ad iudicium venit quis quo-
dãmodo inuitus.ſed ſolutionem recipit volens.& hęc eſt differẽ
tia inter caſum huius.l.& illius.l.reos. quæ tamen non videtur
bona.quia non cogitur petere partem ſi non vult,cum poſsit pe
tere totum.vnde ſponte videtur petere:poteſt ergo dici ꝙ ibi lo
quitur quando petijt partem ſimpliciter.ſed ſi dixiſſet in libello
pro tua perſona,vel pro parte quæ te contingit,induceretur di-
uiſio facta conteſt.lit.& etiam pactum de non petendo alteram
partem.ſicut inducitur hic ex receptione partis.& ſic non ſit dif
ferentia an pars ſoluatur,an pars petatur:ſed ſi quemadmodum
ſoluatur vel petatur,an cum appoſitione iſtorum verborum vel
ſine.& ſecundũ hoc poteſt ſaluari gl.quę eſt hic in ſecunda ſol.
vbi non facit differentiam an petatur,an ſoluatur pars: ſed ſolũ
an petatur pars,vel totum.ſed tunc oppo.ꝙ per petitionem par
tis non inducatur diuiſio.vt in l.ſi ex toto.§.j.ff.de leg.j. Gl. ſol-
uit tribus modis.Doc.tenẽt illã.ꝙ ibi ſit ſpeciale in vltimis vo-
luntatibus.ſed certè non apparet ratio ſpecialitatis,& regula eſt
in contrariũ.ꝙ de contractibus ad vltimas voluntates bona eſt
argumentatio. vt in l.ſeruũ filij.§.cum qui.de lega.j.dic ergo il-
lum.§.intelligendum ſecũdm prædicta ꝙ in petendo partem non
4 appoſuit ibi illa verba.† & ex prædictis collige diſtinctionẽ per
teipſum.quando ſunt plures obligati inſolidũ,et vnus ſoluit par
tem,an inducatur diuiſio?quia vel cum appoſitione iſtorũ ver-
borum.& inducitur.vt hic,aut ſine.& tunc aut habebat benefi-
cium diuiſionis.vel non:aut conueniuntur in totũ:& non indu-
citur diuiſio,etiam ſi vnus tantum.ſed electio:quæ non præiudi
cat.aut pro parte.& tunc aut omnes conueniuntur quilibet pro
parte,& inducitur.vt in d.l.liberum. aut vnus tantum: & tunc
aut cum appoſitione dictorum verborum.& idem ita intelliga-
tur glo.hic poſita.Aut ſine.& tunc ſecus.& ideò alter poteſt cõ-
ueniri pro eadem parte pro qua primus fuit conuentus,ſi ille re
periatur non ſoluendo.& iſte eſt caſus in.d.l.reos. & econuerſo
primus conuentus pro parte poterit conueniri pro altera parte
ſi reperiatur non ſoluendo : & iſte eſt caſus in l.ſi ex toto.§.fi.de
de leg.j.Vltimò glo.format contrarium de l.tale pactũ.§. ſi poſt
diuiſionem.ff.eo.tamen iſti caſus ſunt diuerſi:quia hic loquitur
quando plures erant obligati in ſolidum,& vnus ſoluit partem.
Ibi econuerſo plures erant obligati quilibet pro parte , & vnus
ſoluit totum.non dico ſortem principalem,ſed totas vſuras , ac
ſi ipſe ſolus deberet.& quæritur an creditor præiudicauerit ſibi
in ſortem;quominus ab omnibus petere poſsit pro rata,& dicit̃
ꝙ non.ſed tunc magis ob.l.ij.ſ.eo.Sed ſolue vt ibi dixi.quia l.ij.
loquitur quando creditor conuenit procuratorem in rem ſuam
quem tamen conuenire non poterat,ille tamẽ ſponte ſuſcipit iu
diciũ.Et tunc videtur feciſſe pactũ de non petendo à principali
debitore.ſed ille.§.quando non conuenit vnũ pro tota ſorte, ſed
recepit ſolutionem totarum vſurarũ ab vno:& tunc nõ pręiudi-
cat ſibi

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

caſibi in ſortem.quod eſt ſingulariter notandum: quia non ſic acceſſorium debet facere præiudicium in principali. arg.l.ſi pacto quo pœnam.s.eod.

*1 Duo poſſunt facere teſtamentum in eadem ſcriptura.*
*2 Quantum importet uerbum rebus,quantum uerbum bonis?*
*3 Verbum pertinere quòd poſſit importare directam inſtitutionem.*
*4 Hæreditas ſicut non poteſt dari per codicillos:ita nec per donationem cauſa mortis.*
*5 Si quis dicat dono tibi hæreditatem meam,an ualeat donatio?*

LEX XIX.

1 Licet inter. † Pactum de ſuccedendo nõ habet vim vltimæ voluntatis,niſi inter milites.hoc dicit iſta ſingu.l.q̃ non eſt alibi ſecundũ Bar. Et vide quod no.pro ipſius declaratione Io.and.in ad Spec.de inſtr.edi.§.porrò.Et vt intelligas, pone caſum quòd eratis quatuor fratres.& tu & quidã alius,& eratis milites,& feciſtis pactũ.de quo hic.Poſtea ille mortuus eſt in prælio.Alij volebant vnà tecũ ſuccedere illi, dicentes hanc conuentionẽ non valere,vt tu ſolus ſuccedas.vt ſuprà eodẽ l.pactũ.Tu autẽ dicebas q̃ licet non valeat iure pacti,vt illum aſtringeret quominus potuiſſet alterũ inſtituere ſi voluiſſet,quo caſu loquitur illa l.ſaltem valet iure vltimæ voluntatis:poſtquã hoc non fecit.quia videtur in illa perſeueraſſe.Imperator dicit q̃ ſi non fuiſſent milites,cũ ſit facta per modũ contractus, non haberet vim vltimæ voluntatis.vt l.verba contraxerunt.de ver.ſig.quia cõtractus tendit ad obligandũ contrahentẽ.& vltima voluntas non tendit ad obligandum teſtatorẽ,nec etiam valeret iure do.cau.mor.licet illa partim teneat vim contractus,partim vltimæ voluntatis:quia contractus inter viuos tendunt ad præcisè obligandũ, illa verò ad nõ præcisè ſed quia eratis milites,& milites ſunt priuilegiati vt eorum diſpoſitiones vltimæ voluntatis non vitientur,ex defectu ſolennitatis omiſſæ.ſimiliter hoc caſu non vitiabitur ex ineptitudine verborũ:quia cũ debuiſtis per viã contractus:& ideò determinat Imperator ad te pertinere omnia bona virtute vltimæ voluntatis.nõ autem intelligas q̃ etiam inter milites poſsit valere iure contractus vt obligetur: cũ ſit contra bonos mores.
2 & ſic non eſſet priuilegiũ militis,ſed potius damnũ.† In tex.ibi. [ſcriptũ.] per hũc tex.dicit Bal.q̃ duo poſſunt facere teſtamentum in eadẽ ſcriptura.& ita dicit ſe vidiſſe,& etiã ego vidi q̃ vir & vxor in eadẽ ſcriptura vniformiter per omnia teſtati ſunt. Fa-
3 cit l.eos,q̃ ſacer.pe.In tex.ibi.[rebus.] iſte tex.ſemp allegat.† q̃ tantũ importat verbum rebus,quantũ verbum bonis.& ideò ſicut ſi aliquis diceret relinquo tali omnia bona mea. videret ipſum inſtituere,ſi aliũ vniuerſaliter non inſtituit.vt not.in l.in his verbis in prin.ff.de hæredi.inſti.ita ſi dicat.relinquo tibi omnes res meas.vt hic.& ſicut appellatione omniũ bonorum continen-
a tur iura,& actiones,& nomina debitorum.[a] ita appellatione om-
4 nium rerum.vt no.Cy.in l.j.ff.de ſtat.ho.† Vltimò allegatur iſte
b tex.in fi.vt in ver.[pertinere.] [b] q̃ iſtud verbũ poteſt importare directam inſtitutionem, & tamen non eſt verbũ commune. vt no.Bar.in l.Centurio.de vulg.& pup.& nota glo. quę eſt hic.q̃ ſicut hæreditas non põt dari per codicillos:ita nec per donationem cauſa mortis.quod nõ eſt alibi ſecundũ Bal. vnde videtur q̃ ſi quis dicat, dono tibi hæreditatẽ meam, non valet donatio: cũ hæreditas non ſit in vita donantis. In contrarium videtur q̃ idẽ ſit hoc dicere dono omnia bona mea, quæ nunc ſunt bona. ſed poſt mortem meam erunt hæreditas. vt in l. quæſitum. §.fi. ff.de lega.j.& ibi omnino vide per Bar.

*1 Dominium,in quibus caſibus transferatur ſine traditione?*

LEX XX.

1 Traditionibus. † Dominium nõ acquiritur ex ſolo conſenſu vel contractu.ſed demũ traditione ſecuta ſi tradẽs eſt dominus. & ſi non eſt dominus, ſecuta etiam vſucapione. h.d.
1 † Gl.enumerat aliquos caſus fallẽtiæ.tu adde aliũ caſum,in quo transfertur dominiũ ſine traditione, ſcilicet in ſocietate omniũ bonorum,vt l.j.in fi.cũ l.ſeq.ff.pro ſocio.non ſic in alijs contractibus licet factis ſuper omnibus bonis.vt in l.j.§.fi.ff. p̃ dote.& ibi nota.Item in diuiſione.vt not.gl.ff.de cõdi.furtiua.l.& ideò. in fi.gl.mag.& vide per Bar.pro ratione. Et adde quòd ſufficit traditio etiam poſſeſsionis non vacuæ.vnde ſi fundus tuus poſſidetur,perderetur per tertium.& ſi tu mihi vendas potes in me trãsferre dominium:immutando me ad illum fundum, & inducendo me in eum:licet nõ transferas in me poſſeſsionem l. ſi fundum. & ibi not. ff. de fun.do.

*2 Licet ille qui promiſit non petere, uel non moleſtare, non uideatur implere contractum tranſactionis perfectè quouſque uiuit,ut poſſit agere ex contractu tranſactionis factæ pacto nudo,tanquam ex contractu innominato,bene tamen poteſt agere ſi interuenit ſtipulatio:quæ eſt contractus ueſtitus & qualiter,& ad quid?*
*3 Ex contractu quem quis impugnat,uel non ſeruat,ſe iuuare nõ põt,quatenus durat impugnatio,ſed ea finita ſic.*
*4 Si duo fecerunt pacem inuicem,& promiſerunt ſe non offendere ſub certa pœna,& alter eorum incipit offendere,q̃ alter poterit offendere etiam ex interuallo:nec incidit in pœnam appoſitam in contractu pacis.*
*5 Si ille qui primò rumpit pacem fuit conuentus ad pœnam appoſitam in contractu pacis:& eam ſoluit, quod non poterit deinceps rumpi ab altero,& ſi rumpatur, incidit ille in pœnam pacis ruptæ.*

LEX XXI.

1 Cum proponas. † Ex pacto nudo tranſactionis datur poſsidenti exceptio: ſed non poſsidenti non datur actio ſi perfectè nõ impleuit,nec implere poteſt trãſac.pro parte ſua. ſed cõtra non ſeruantem tranſactionem licitum eſt ſibi redire ad priſtinam actionem.quia non ſeruanti fidem non eſt fides ſeruanda. h.d.Et not.hic tex.in ver.[ſit tibi.] vbi probatur expreſsè id qđ
2 dixi in l.j.q̃ † licet ille qui promiſit non petere,vel non moleſtare,non videatur implere contractum tranſac. perfectè quouſq; viuit.vt poſsit agere ex contractu tranſactionis factæ pacto nudo,tanquam ex contractu innominato,bene tamen poteſt agere ſi interuenit ſtipulatio,quæ eſt contractus veſtitus:quia ſufficit ad agendum ex eo q̃ quis impleat quatenus implere poteſt. licet non impleat perfectè:ſed ſi nullo modo impleret,agere nõ poſſet etiam ex contractu veſtito,vt in l.quæro.§.inter locatorẽ. ff.loca.& ad hoc vt poſsit agi ex contractu innominato celebrato per pactum nudum,ſicut eſt tranſactio: non ſufficit implere quatenus poteſt,ſi non impleuit perfectè.vt in ver.pręced.nam hic promiſiſti amplius non moleſtare aduerſarium tuum ſuper fundo:& ipſe promiſit tibi per pactum nudum diuidere æqualiter tecum hæreditatem fratrum ſuorum prædefunctorũ. & nũc diuidere nolebat,nec tu agere potes vt diuidat:quia nõ impleuiſti perfectè.contractus enim innominatus celebratus pacto nudo non videt̃ niſi rei interuentu.i.ex perfecto implemento eius tantum qui impleuit,non eius qui non impleuit.In tex.ibi.[nec aduerſario tuo trãſactione vti.&c.] ſubaudi ſi agas ac prima ad fundum:& ipſe excipiat de pacto: quo promiſiſti eum amplius nõ moleſtare ſuper dicto fundo.nam replicare potes, quia non ſeruat tranſac.diuidendo hæreditates:& ſic recurras hic ad glo.
3 magnam in fi.in l.j.s.eo.per quam datur intelligi iſta l.† Et adde q̃ ex contractu quem quis impugnat, vel non ſeruat, ſe iuuare non poteſt.vt hic probatur.ſcilicet quatenus durat impugnatio ſed ea finita ſic ff.de ver.obli.l.qui Romæ.§. Seia. & ibi not.per
4 Barto.quod tene bene menti.† Et allegatur iſta l. quòd ſi duo fecerunt inuicem pacem,& promiſerunt ſe non offendere ſub certa pœna,& alter eorum incepit offendere: quòd alter etiam ex interuallo poterit offendere.nec incidet in pœnam.quod intellige,ſ.appoſitam in contractu pacis:quia nõ videtur rumpere pacem ille cui primò rupta fuit.vt no.in addi.Specu.ſuper rubrica de treu.& pa.& etiam no.in l.qui fidem.ff.de trãſac.& in l. cum pater.§.libertis in fi.de leg.ij.Sed bene incidet in pœnam maleficij ſtatutam à iure communi,vel municipali, quia nõ licuit ſibi ex interuallo vindictam ſumere.vt in l.ſcientiam. §. cum aliter. ff.ad l.aquil.& ita videtur determinare Ioã.and.in mercu. ſuper
5 regula fruſtra.de regu.iur.lib.vj.Tene menti.† Dicit etiam Bal. no.quod ſi ille qui primò rumpit pacem: fuit conuentus ad pœnam appoſitam in contractu pacis:& eam ſoluit, quòd non poterit amodo rumpi ab altero:& ſi rumpatur,incidit in pœnã pacis ruptæ quia illa ſolutio pœnæ ſuccedit loco rei.i.obſeruantiæ pacis arg.in l.apud Celſum.§.Labeo.de doli excep. Et hoc etiã expreſsè voluit Pet.j.eo.l.petens.

a Debitorum. Adde gl. in aut. de nõ alie. in §.j.col.ij.Bart.in l. pupillus.ff. de auth. tu. Doct. in l. à diuo pio.ff.de re iudi.

b Pertinere. De hoc verbo pertinere vide per Alexan.de imol. in conſi.xxxv. colũ. iij.circa fi.& in cõſil. xlij.in iiij.vol. tex.in l.ſi quis ex argentarijs.§. pertinere.ff. de eden.Inn. in c. cũ eccleſia. de cauſa. poſ. & proprie.& in c.cõſtitut⁹. de reli. domi. & ibi per doc.Franc. cur.

*2 An tutor uel curator poſſit facere pacem de iniuria illata patri pupilli, uel adulti, & remittere pœnam?*

a ¶Curator. Add Cy. & Bal. in l. j. C. de in inte. reſti. Ant. de bu. in c. j. de treu. & pa. Bal. in addi. Spe. tit. de treu. & pa. & per Abb. in cõſ. xxxix. in j. vol. et vid Ang. in l. tutor. et ibi eũdē Pau. de ca. q legit il-lã l. i l. reſcriptũ. §. ff. Ang. i l. ſi nõ cõuitij ff. de iiur. Bal. i ru. de treu. et pac. et in l. iu riſiurãdi. ff. de iureiu. Franc. cur.

b ¶Pactũ. add Spe. in ti. de pac. i § pe. verſ. quid ſi fili⁹ dñi. in c. quãuis. de pac. li. vj.

c ¶Plures fratres. Ad de Bal. i l. pactũ qđ dotali. i. viij. et ix. q. C. de colla.

LEX. XXII.

## Pactum curatoris.

1 †Legitimus adminiſtrator non
poteſt facere pactum de non pe
tendo:ſed bene poteſt recipere ſolutionem
& per hoc liberare debitorem illius cuius
negotia adminiſtrat.h.d.Ratio primi dicti
eſt.quia licet tutor & curator habeant legi
timam adminiſtrationem,& per cõſequẽs
habeant etiam liberam,& ſic poſsint alie-
nare.vt in l.procurator cui libera.ff. de pro
cu.propter quod videbatur quod poſſent
facere pactũ de nõ petendo,quia continet
alienationem actionis, tamen contrarium
eſt:quia non poſſunt donare,licet aliã alie-
nationem vtilem pupillo vel adulto facere
poſsint.quia donatio non eſt vtilis:cum ſit
dilapidatio.& intelligitur excepta de gene
rali adminiſtratione cum libera vt in l.contra.§.ſi filius.ff.eo. &
de manu.l.ſeruus furioſi.& hoc quando debitum erat liquidum
vel de facili poterat liquidari:aliàs ſecus:quia non tranſigere &
remittere aliquo dato vel retẽto,hoc magis expedit pupillo vel
adulto,quam ponere ſe in dubio lit.vt in.ll.alleg.hic in gloſ.pro
2 contrarijs.†Et hoc inducitur ad q.an tutor vel curator[a] poſsit fa
a cere pacem de iniuria illata patri pupilli vel adulti, & remittere
pœnam.Nam dicunt quidam quòd ſi iniuria erat notoria, non
poſſunt,aliàs ſecus.alij debent & melius,quod etiam ſi ſit liqui-
da & notoria,& ſi expedit pupillo vel adulto potius remittere,
quam vindictam expetere,poſſunt pacem facere.& ipſe pupil-
lus vel adultus tenebitur eam obſeruare.& ita no.per Gand. in
opere ſuo maleficiorum.& per Bal.hic.& etiam per Alb.qui no
minat antiquos doc.qui fuerunt huius opi.

2 ☞ *Si filius poſtea ſucceſsit patri,an tenebitur obſeruare pactum de non petendo quod ipſe fecit debitori paterno,& an poſsit retractare venditionem?*

LEX. XXIII.

1 **Filius.** † Filius non poteſt tollere actionem compe
tentem patri per pactum de non petẽdo. vel
etiam debitum recipiendo.h.d.Et hoc eſt verum ſine
dubio,ſi illa actio competebat patri ex contractu cele
brato per ipſum patrem,vel alio modo: non tñ ex contractu fi-
lij.Si autem ex contractu filij,non poteſt tollere paciſcendo:ſed
bene poteſt tollere ſolutionem accipiendo per.l.ſi vnus. poſt
principium.ff.eo.& per l.ꝙ ſeruus ff.de ſolu.& quod dixi.s.eo l.
2 ſeruus.Sed quid † ſi filius poſtea ſucceſsit patri,an tenebitur ob
b ſeruare pactum[b] de non petendo ꝙ ipſe fecit debitori paterno?
videtur ꝙ ſic,poſtquam poteſt & res deuenit ad caſum quo de-
bitum pertinet ad eum.nam ius ſuperueniens actori meo,confir
mat ius meum.vt in l.cũ vir prædium.ff.de vſuca.pro quo facit.
l.ſi non ſortem.§.filius.ff.de condi.indebi.In contrarium ꝙ ipſe
poſsit venire contra tanquam hæres patris.ſicut ipſe pater poſ-
ſet ſi veniret.vt hic,iſta quæſtio formatur in fine.per doc.quan-
do filius vendidit rem patris.& poſtea patri ſucceſsit. an poſsit
retractare venditionem.de qua.q.per Bar.poſt Dy.in l. filius.j.
de ſolu.& quod no.per eum in l.ſtichus.ff.de pecu.& adde.l.&
hæredi.§.filia.ff.de pac.

3 ☞ *Si ſunt plures fratres,quorum unus uel duo maritant ſororem.& illa renuntiauit hæreditati paternæ,ad quam uocabatur ſimul cum maſculis,an iſta renuntiatio proſit etiam alijs fratribus? & nu.5.*

3 *Pactum factum putatiuo hæredi contemplatione ipſius:non prodeſt uerò hæredi*

*Si uxor teſtatoris credens hæreditatem mariti pertinere ad fratres mariti propter affectionem quam habet ad eos remittat eis legata à marito facta,& poſtea apparet quod hæreditas pertinet ad alium,talis remiſsio ſibi non nocet.*

4 *Si es debitor meus:& ego facio alteri pactum de non petendo à te,non prodeſt tibi,ut ex eo quæratur exceptio pacti uel doli,*

LEX. XXIIII.

**Si actionem.** Lex iſta legitur tribus modis in
gloſſ.ſecundum primam lec.hoc
1 dicit.† Pactum de non petendo factum vni vel qui-
buſdam, non prodeſt alijs, nec nocet paciſcenti con-
tra alios.hoc dicit.concor.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.eodẽ. Et ſe-
2 cundùm iſtam lectu.facit. [.ad quæſtionem. quod ſi ſunt plu-
c res fratres,[c] quorum vnus vel duo maritant ſororem.& illa re-
nuntiat hæreditati paternæ ad quam vocabatur ſimul cum maſ
culis,quòd iſta renuntiatio non proſit alijs fratribus.& ſic por-
tio quæ tangeret ipſam ſororem applicabitur illis tantum qui
dotauerunt,& quibus eſt facta renuntiatio.Tu aduerte hic ſub-
tiliter.quòd aut iſta adiuerat hæreditatem:& tunc poteſt proce
dere quod dixi quia videtur partem ſuam illis donaſſe:aut non-
dum adiuerat,& tunc iſta repudiatio facit haberi perinde ac ſi
hęreditas non fuiſſet ſibi delata.& ſic eius portio accreſcit omni
bus pro rata:& omnibus prodeſt iſta renuntiatio. & ita voluit
Dy.in quodam conſilio:vt etiam refert Ioan.andre.in addi.Spe.
cu. in titu.de teſta.in §.in primis.in magna addi. Tene menti
quia quotidianum eſt hoc.Et idem in legato.vt diſtinguatur an
renuntiet poſt acceptationẽ,vel ante quia hoc vltimò caſu re-
maneret totum legatum penes omnes, tanquam non factum,
cum repudiatio faciat haberi pro non facto.vt in l.proinde.ff.ſi
3 cert.peta.†Secundùm aliam lec.dicit quod pactum factum pu-
tatiuo hæredi,contemplatione ipſius non prodeſt vero hæredi.
Et ſecundùm hoc dicit Bald.quod ſi vxor teſtatoris credens hę
reditatem mariti pertinere ad fratres mariti propter affectionem
quam habet ad eum,remittat eis legata à marito facta,& poſtea
apparet quod hæreditas pertinet ad alium ad quem talem affe-
ctionem non habet:talis remiſsio ſibi non nocet quominus ab il
lo repetere poſsit.Tene menti.Gloſſ.contra lec.opp.de l.ſi poſt.
ff.de conſti.pe.vbi pactum factum poſſeſſori hæreditatis; pro-
deſt voro hæredi.Solu.ſecundum Doc.ibi ille poſſeſſor erat ve
rus hæres, licet rogatus reſtituere alteri, vnde pactum factum
ſibi prodeſt fideicommiſſario.ſecus ſi eſſet nudus poſſeſſor ſine
iure.vt in l.ſi tibi.§.cum poſſeſſor.ff.eod.tit.ſecundum.Bart. do.
Raph.reprehendit.quia illa.l.loquitur etiam in nudo poſſeſſore
& ſoluit aliter.quod ibi pactum ideſt conſtitutum ſuper debito
hæreditario,fuit factum ei qui poſsidebat hæreditatem credito
ris vt hæres,cum non eſſet:vnde cum apud eum non eſſet actio
principalis,non cenſetur factum contemplatione ſui. ſed con-
templatione illius apud quem erat.& ſic veri hæredis:cum con-
ſtitutus ſequatur primum debitum:ideó prodeſt vero hæredi.
ſed pactum de non petendo factum poſſeſſori hæredi non pro-
deſt vero hæredi.vt in d.§.cũm poſſeſſor.quia debitum & actio
perſonalis pro Ipſo competens non erat in hæreditate debitoris
paſsiuè.ſed apud creditorem actiuè.Et ſic ceſſat dicta ratio.quę
4 verba ſatis placent.& ſubtiliter mouetur. † Secundum tertiam
lec.dicit quòd ſi eſt debitor meus,& ego facio alteri pactum de
non petendo à te,non prodeſt tibi, vt ex eo quæratur exceptio
pacti vel doli.Et hoc etiam not.glo.in perſonam.ff.eo.licet con
trarium tenuerit glo.ſed non bene.in l.non ſolum.§.ſi liberatio-
nis ff.de libe. lega. Iſtud tamen intellige ſanè.niſi ille haberet
mandatum à te vt in.l.reſcriptum.§.fi.ff.eo.Nam acquireret ſibi
exceptionem doli,non directam exceptionem pacti,etiam nul-
la interueniente ceſsione.Idem ſi non habebat mandatum tamẽ
accepit nomine tuo,& tu ratum habuiſti. quia retrotrahitur. &
mandato comparatur.facit quod no.in l.ſi ego ff. de nego. geſt.
Idem ſi neutrum iſtorum fuit:tamen iſte erat particeps obliga-
tionis.& ſua intererat tibi acquiri.vt in.l.& hæredi.§.fi.ff.eod.de
bet ergo intelligi hæc lex quando omnia iſta ceſſabant;& ſic pa
5 ctum extranei tibi nihil prodeſt. Tene menti. † Et vide Bald.
pro his quæ.s.dixi.de dona.l.pactum.in.vij.quæſtio.vbi allegat
conſilium Dyn.de quo.s.feci mentionem. & facit illa diſtin-
ctio quàm.s.feci in ſorore renuntiante vni ex fratribus, an ſua
portio accreſcat omnibus, an illum non pertineat cui renuntia-
uit, per hoc remanet declarata gloſſ. quæ videtur obſcura, &
ſine vtilitate.

2 ☞ *Quare ex pacto debitoris non poteſt fieri procurator in rem ſuam inuito creditore?*

3 *Subditi non poſſunt paciſci inter ſe,in præiudicium domini,ſed in præiudicium eorũ ſic.*

*An dominus poſsit eos inuitos alienare?*

*Debitor ſi ſibi non nocet,tenetur alteri promittere ad inſtantiam creditoris.*

LEX. XXV.

1 **Debitorum.** † Pactum inter debitores ſeu hæ-
redes debitorum factum,quo d ali
ter ipſorum ſoluat omnia debita hæreditaria,non no-
cet creditoribus, quominus agere poſsint cõtra quẽ-
libet pro debita ſua hæreditaria portiõe.h.d.iſta.l.cũ.ſeq.Nã iſta
ponit

ponit regulam in nube. & ſequens l. ponit exemplũ. ſed quæro hic creditores non tenentur ſequi pactum iſtorum hæredum, ſi
1 nolunt. †Sed quid ſi volunt, an poſsint? puta volunt conuenire illũ de quo fuit actũ vt omnibus ſolueret? Reſpondeo non poſſunt illum inuitum conuenire, q̃a illud pactũ non obligauit ipſum ſolũ in illis creditoribus. ſed bene obligauit alijs creditoribus: ſed ſi ſponte ille ſuſcipiat iudiciũ, poteſt: & tũc videntur facere pactũ alijs de non petendo ab eis. vt s. eo. l. ij. Nam ille pōt dici procurator in rem ſuã, ſed ſi alij ſoluunt, poſſunt ab alio petere propter pactũ. ſic venditor hæreditatis ab emptore. In vno tamen caſu ſingulariter poſſet creditor conuenire illũ ad quem pertinet ſolutio, etiam inuitum: qui habetur in l. cũ ab vno. ff. de le. ij. quæ non eſt alibi. & iſtud eſt ibi ſpeciale fauore dotis. Item ex iſtis ll. dicit Bal. patere rationem, quare ex pacto debitoris nõ poteſt fieri procurator in rem ſuam inuito creditore: quia pactio debitoris non poteſt præiudicare creditori: cum nõ ſit in ſua libertate poſſe ſe ab obligatione eximere, & loco ſui alium ponere in præiudicium alterius, & ponitur hoc in l. ſi mandato meo. §. ſi ſ. man. vbi creditor non cogitur mutare actionẽ ſuã, & aliam pro alia recipere & ecõuerſo ex parte creditoris bene poteſt fieri procurator in rem ſuam inuito debitore: q̃a poteſt cedere ſuã actionem cui vult cum per hoc non fiat præiudicium debitori, quia non refert ſibi cui ſoluat an creditori, vel alteri pro eo: per modum tñ delegationis, in qua requiritur promiſsio debitoris: non poſſet fieri ſine illius volũtate. vt in l. j. j. de noua. Et pro his
2 vide quod not. in l. planè. ff. fami. ercis. † Dicit etiã Bal. per iſtas ll. quod ſubditi non poſſunt [a] inter ſe paciſci in præiudicium domini: ſed in præiudicium eorum & ſic. vt l. inter creditores. ff. eo. tit. ſed ecõuerſo an dominus poſsit eos inuitos alienare. vide glo. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber. Et aliquando debitor ſi ſibi nihil nocet tenetur alteri promittere ad inſtantiam creditoris. quod dic vt in l. ij. ff. ſol. mat. in prin. & quod not. in l. ſi non ſortem. §. libertus in fi. de condi. inde.

1 *Qualiter deducatur in ſtipulationem id quod deuenit in pacto, & qualiter poſſit etiam pactum ſequi ſtipulationem, ut poſſit agi ex illa ſtipulatione ad id quod poſtea deductum eſt in pacto?*
3 *An idem pactum debeat ſtatim ſequi poſt ſtipulationem? & uide nu. 5.*
4 *Qualiter intelligatur illa dictio ſtatim?*
5 *Secunda lectura huius legis. & nu. 1.*
6 *Pactum incontinenti appoſitum iuxta ſtipulationem, continens aliquid diuerſum à ſtipulatione, informat actionem ex ſtipulatione, ut detur etiam ad id quod deuenit in pacto, & quando eam non informet? & nu. 8.*
7 *Duo uestimenta pactorum?*
8 *Pactum nudum appoſitum incontinenti iuxta contractum ueſtitum: ſiue ſit contractus bonæ fidei, ſiue stricti iuris, ineſt contractui, & ueſtitur ab eo ut ueterem actionem informet, & nouam pariat præſcriptis uer. & uide fallentias.*
9 *Si ſtipulatio interpoſita pro me ueſtit pactum ſimiliter pro me interpoſitum: an etiam ueſtiat pactum pro debitore interpoſitum?*
10 *Si conuentio nuda erat, & conuentio principalis, quia conuenimus de permutando librũ tuum cum meo, & conuentio ueſtita ſeu ſtipulatio erat acceſſoria, quia promiſiſti pœnam ſi recuſares permutare, an iſta ſtipulatio pœnalis ueſtiat principalẽ nudã?*
11 *Conuentio principalis ueſtita, an ueſtiat pactum pœnale, ſi fuit promiſſa pœna nudo pacto?*
12 *Conuentio principalis ſi non erat ueſtita à principio, ſed ueſtitur ex poſt facto, an illud uestimentum nouiter acquiſitum ueſtiat etiam pactum?*
13 *Si primus contractus erat conditionalis, & ſic conditione pendẽte nulla erat nata obligatio, uel actio, ſed naſcitur ex poſt facto conditione exiſtente: an tunc pactũ iuxta illum appoſitum ueſtiatur ab eo?*

## LEX XXVII.

PEtens. Lex iſta legitur tribus modis in glo. Et in primo & ſecũdo loquitur de vno tantum pacto: ſed ſecundũ tertium modum fuerũt duo pacta & vna ſtipulatio eſt valde profunda iſta lex: primò in intellectu ſui, poſtea adhuc plus in materia ſecundùm primam
1 lecturam. h. d. †Si id quod venit in pacto deductum ſit in ſtipulationem, agitur ex ſtipulatione ad id quod deuenit in pacto. h. d. & pone caſum per l. Titia. §. fi. ff. de verbo. obliga. & per l. duo
2 ſocietatem. ff. pro ſocio. & per id quod cõmuniter ſeruatur. † & quotidie videmus fieri: quia notarius narrat plura in inſtrumento de quibus partes conuenerunt, & ſunt in cõcordia, & poſtea in fi. dicit quæ omnia & ſingula prædicta partes per ſolennem ſtipulationem inuicem promiſerunt. Si ergo volo agere ad obſeruantiam conuentorum, debeo agere ex ipſa ſtipulatione appoſita gratia ſeruandi placiti. & cõuentorũ & ad ipſorum robur & confirmationem, & ſic ex confirmante, non ex confirmato, & hoc ante placitum ſeu pactum præceſſit, poteſt etiã eſſe quòd ſequatur, vt ſi partes adhuc nõ deliberarũt plenè de his quæ volunt fieri. tamen habẽt notarium, coram quo inuicem ſtipulantur de obſeruando omnia quæ poſteà inter eos agentur: prout cõſtabit ex ſcriptura manu talis nam tunc ſi poſtea concordant, & conficiunt ſcripturam de placitis, debebit agi ex inſtrumento continente ſtipulationem ad eorũ obſeruantiam: & hoc dicit iſta lex ſecundum primam lecturam, quæ multum congruit literæ, quæ dicit. [placiti ſeruandi cauſa.] & nihil obſtat huic lecturæ. niſi verbum [ſtatim.] quod infra ponitur in fine. quia ponendo iſto modo illud verbum eſt ſuperfluũ. nam etiam ſi ante per longum interuallum, vel poſt ſtipula. partes conuenerint, agi poſſet ex illa ſtipulatione cuius contrarium innuit iſta litera. & propter hoc glo. reprobat iſtam lecturã non quòd in ſe non ſit vera, ſed quia iſta non videtur mens iſtius li-
b 3 teræ: propter illud verbum ſtatim. [b] † Quòd autem non referat tunc an ſtatim, vel ex interuallo pactum apponatur iuxta ſtipulationem glo. voluit ſic probare. nam tunc refert an ſtatim vel ex interuallo quando eſſet agendum ex pacto, quia tunc ſi ſtatim, bene poteſt agi ex pacto veſtito, & ex ſtipulatione, ſicut ab alio contractu bonæfid. vt s. eodem l. in bonæfidei. ſecus ſi ex interuallo, ſed in caſu iſtius l. nõ agitur ex pacto, ſed ex ſtipulatione ergo non debet referre an pactum factum fuerit ſtatim: an ex interuallo, & hoc voluit dicere glo. poſt prin. in verſi. [præterea non ageretur ex pacto &c.] & ſic non ſomniauit glo. in illo ver. ſecundùm quoſdam quia in tex. non dicitur quod agatur ex pacto quare ergo dicit glo. [præterea non ageretur ex pacto &c.] cum tex. hoc non dicat. ſed intelligendo (vt dixi) non vult gloſ. dicere quod hoc agatur ex pacto. ſed vult dicere id quod s. dixi. Quidam volẽtes ſuſtinere hanc lec. dicunt quod illud verbum ſtatim, bene ſtat eo caſu quo pactum ſequatur poſt ſtipulationem. & ad illum caſum dicunt illud verbum referri: non ad caſum quo pactum præceſsit. & hoc tenet dominus Rapha. quia illud verbum non eſt ante vel poſt, vel inter conuenta ſed inter vnum capitulum, dum dicit ſeu ſtatim, & ſic refertur duntaxat ad verbum poſt. & dicunt quòd quando pactum præceſsit ſtipulationem, non refert an præceſſerit ſtatim, vel poſt longum interuallum. ſed quando ſequitur poſt ſtipulationem, bene refert. quia ſi ſtatim poſt, tunc illa conuentio implet ſtipulationẽ, quæ cenſetur eſſe illa de qua partes cogitarunt: ſed ſi ex longo interuallo, ſecus: quia partes cenſentur receſsiſſe ab illa ſtipulatione: & ſic conuentio poſtea facta per pactum nudum nõ implet ſtipulationem. ſi enim promiſiſti mihi per ſtipulationẽ illa de quibus poſtea conueniemus adinuicem, viderer ſenſiſſe ſolùm de illis de quibus conueniemus ſtatim, vel poſt modicum interuallum, non de illis de quibus per longum. arg. eius quod not. in l. per retentionem. j. de vſur. & in l. cùm plures. §. locator horrei. ff. loca. Nec obſt. l. cum apud. & l. iudicatum ſolui. ff. iud. ſol. vbi ex interuallo poteſt impleri: quia ibi implementum non dependebat ex volũtate partium, ſed ex facto iudicis. cum verò à voluntate partium, tunc cum ſtipulatio ſit incerta de ſe, ſi partes non certificant eam ſtatim cum poſsint, remanet incerta & inualida l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. iuncta l. quia ratio. de condi. inſti. Barto. reprehendit hunc intellectum. per l. qui pecuniam. ff. ſi certum peta. & l. quidam cum filium. de verbo. obli. vbi dependebat à voluntate partium. puta fui ſtipulatus à te pecuniã quam tibi mutuabo. & in illis probatur quòd ſi mutuo etiãm ex interuallo. ſtipulationẽ impleo: vt ex ea agere poſsim. & vt cenſeatur illud mutuum de quo ſenſimus tempore ſtipulationis: & ſic iſtam lec. dicit non congruere iſti l. dominus Raph. qui dicit ꝙ credit iſtam eſſe mẽtem huius l. & veriſsimam. lex dicit quòd hic debet intelligi quando fuit actum inter partes, vt ſtatim deberet pactum interponi. ſed iſta eſt diuinatio. Breuiter vnum
4 aliud facit me recedere ab iſta lec. quia † iſtud verbum [ſtatim] ſecundũ oẽs intelligitur. i. antequã diuertãt ad extraneos actus. Sed ſecũdũ qđ illi intelligunt, volendo ſuſtinere etiam ſi diuertiſſent ad alios actus. ſi tñ j. modicum ſpaciũ: qñ iudicis arbitrio

a ¶ Nõ poſſunt. Adde Doct. in c. cũ tẽpore. de arbi. Doct. in c. cũ dilecti. de maiori. & obed.

b ¶ Verbũ ſtatim. Ad de l. cum quidam. ff. de leg. ij. l. à diuo pio in §. ſi poſt addictũ. ff. de re iudi. archi. in c. conſtat. j. q. j. Doct. in c. cũ hoĩes. de deci.

committeretur,ſequeretur cõuentio,impleret ſtipulationem: &
cenſeretur illa conuentio de qua partes ſenſerunt tempore ſtipu
lationis.ſi verò per longum interuallum,ſecus:niſi fuiſſet dictũ
quandocunq;.puta promittis mihi illa de quibus conueniemus
adinuicem quandocunq; prout in ſimili not.s.co.l.pacta nouiſ-
ſima.per Bar.poſt la.but.Vltimò præſupoſita iſta lect.pro vera
in ſe.quia eſt limitanda:vt s.dixi.Quæritur.text.vult qđ agatur
ex ſtipulatione ad conuenta,ſed an poſsit agi ex ipſa conuentio
ne:Dic quod nõ,ſi eſt nuda: ſed ſi eſt veſtita, licet non verbis,
ſed conſenſu,vel alio modo.tunc an poſsit agi ex ea.dic vt ſub-
tiliter & pulchrè examinat Bar.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.& vt
colligitur ex d.l.duo ſocietatem.ff.pro ſocio.& dico quod ſecũ-
dum iſtam lec.non eſt curandum an placitum de quo tex.loqui
tur,fuerit pactum nudum,ſeu nuda conuentio: vel veſtita alio
veſtimento quàm verborum:vt patet in venditione cui ſubijcit
ſtipulatio ſecundũ ſtilum notariorum,nam poteſt agi eſt ſtipu
latione:& etiam ex empto & vendito,quãdo ſtipulatio fuit fa-
cta incontinenti quia non preſumitur facta animo nouandi,ſed
corroborandi contractum.vt d.l.duo ſocietatem.& per Bart.in
d.l.ſingularia.Videbatur autẽ hîc agendum ex conuentione tã-
quam principali.ad cuius confirmationem veniebat ſtipulatio:
cuius contrarium hîc dicit:& de iſto artic.in agatur ex cõfirma
to,vel ex confirmante dic vt per Bar.in l.& quia.ff.de iuriſ. om.
5 iud.†Secũdo mode legitur,vt intelligatur de pacto appoſito cã
declarandæ ſtipulationis,quia ſi promiſiſti mihi decẽ libras ſim
pliciter,cũ poſsit intelligi de decem libr.paruis.vel de x. lib. im-
perialibus,quæ ſunt groſsiores:debes ſcire ꝙ in dubio videretur
actũ de paruis.vt in d.l.numis.de lega.iij.& in l.apud Iu. §.ſcio.
de leg.j.Iſta l.dicit ꝙ ſi per pactum antecedens vel ſequens,fuit
actũ inter nos ꝙ intelligatur de imperiali,poſſum ex ſtipulatio-
ne petere imperiales.Iſta lec.non congruit literæ quia litera iſta
dicit ꝙ ſtipulatio fuit interpoſita cauſa ſeruandi placiti. & tunc
non eſſet ita:ſed contra placitũ eſſet appoſitum cauſa declaran-
4 tenet hic Cy.† ſed reſtàt dubium.an ſicut diuturna pręſtatio inducit proba.tituli allegati:ita & diuturnum ſilentium cum patientia:puta tranſiui per fundum tuum ad fundum meum per longum tempus te ſciente & patiente,nunc dicerem quod hic non pręſcripſi ſeruitutem itineris:quia cum habebat cauſam diſcontinuatiuam,non præſcribitur tanto tempore cuius memoria non exiſtat.vt in l.ſeruitutes.la grand.ff.de ſerui.ſed dico qđ nolo me fundare in præſcriptione.quia mihi conceſsiſti ſeruitutem:quia probare non poſſem: aliter volo probare per diuturnã patientiam an hoc ſufficiat?Glo.in d.l.ſeruitutes.tenet quod ſic per l.cum de in rem verſo.Pet.tenet contrarium.quia iſta loquitur in ſoluente.quod eſt plus.nam in eo eſt dare conſenſum ſine dubio:non ſic in patiente.nam non ſemper patientia habetur ꝓ conſenſu.imò pro diſſenſu in his quæ tendunt in præiudicium patientis.vt in.l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.Bart. diſtinguit inter ea quæ ſunt modici præiudicij, vt in ſeruitutibus realibus. vel perſonalibus:& tunc tenet gl.ꝙ probetur titulus allegatus per l. ſi filius:de peti.hære.& per l.qui in aliena.ff.de acquir.hæredi.§. ſi filius.& per id quod no.in l.ij.j.communi diuidun.per gl.quæ tenet quod per patientiam longi temporis probatur diuiſio allega.quæ eſt modici præiudicij.Sed in his quæ ſunt magni præiudicij,tenet opinio Pet.ꝙ ſi ſciente & patiente te poſſedi rem tuã per longum tempus.Et tu tunc eam à me petis,& dicis qđ non potui præſcribere ſine titulo longi temporis,& ego nõ oſtendo de aliquo titulo ab aliquo acquiſito,ego dico quod habeo titulũ à te,quia mihi vendidiſti,& tradidiſti,nec ſtatim fui effectus dominus.non tamen poſſum extendere,quia longo tempore fuiſti paſſus me tenere & poſsidere:certè hoc non ſufficit. Nam ſi hoc ſufficeret,nugatorius eſſet titulus de præſcriptione longi tẽporis in quo oportet probare titulum habitum à tertio.nam ſemper poſſeſſor allegaret titulum habitum à domino ſufficit pro

bare

1 tare poſſeſsionem[a] longi temporis cũ patiẽtia:& etiam eſſet fruſtratorius titulus de preſcrip.xxx.anno.cum per aliam viã poſſit ſe tueri.l.ſolennibus.j.de rei vendi.in fi.vbi gl. videtur tenere contrariũ:quia ſi fuiſti paſſus per longũ tempus me poſsidere rẽ tuã & ſoluerim functiones fiſcales,preſumeretur mihi alienaſſe. Sed illa gl.reprehenditur.j.per Gul.& Bal.ad quod.l.nullo.j.eo.tit.Cætera vide per Bar.in l.cum de in rem verſo.hic alle. & hic per Cy.& per Canoniſtas in c.peruenit.de cenſi.† Quid autẽ in poſſeſsione,ſi permiſiſti me tenere rem tuã quã poſsidebas ciuiliter & naturaliter.& te abſente occupaui naturalem, an perdas ciuilẽ quam animo detinebas?gl.in l.pe.in fi.magnæ glo. de ſer. fug.tenet ꝙ ſic,ſi per decennium paſſus es.Breuiter etiam ſi nõ fuiſti paſſus:quia neſciuiſti me,quia neglexiſti petere, & ſic recuperare naturalẽ,per decennium perderes ciuilem ratione obligationis præſumptæ ita intelligitur glo.illa.Sed ſi ſciuiſti & paſſus fuiſti,nõ requiritur tantum tempus ad perdendam ciuilem. Sed quid interſit.dic vt per Inno.in c. querelam. de elec. & per Barto.in l.ſi de eo.§.ſi fortè.ff.de acqui.poſſeſ.

*1 Poteſt quis renuntiare ei quod pro ſe introductum eſt.*
*2 Per pactum extraiudiciale non poteſt quis prorogare iuriſditionem iudicis non ſui, & cui nullo modo ſubeſt.& ſi in inſtrumento conſentiat ſe poſſe ubique conueniri, ubicunque fuerit repertus,per hoc non tribuitur iuriſditio iudici non ſuo, & ſi coram eo conueniatur,poteſt forum declinare ante litis conteſt. & uide nu.6.*
*4 Quid aliud ſit prorogare iuriſditionem iudicis non ſui,& cui nullo modo quis ſubeſt, & aliud renuntiare priuilegio fori,& qui poſſint renuntiare priuilegio fori, & quid poſſit iſta renuntiatio fieri per pactum extraiudiciale.& nu.5.*
*5 Laicus ſine licentia ſui iudicis poteſt prorogare iuriſditionem iudicis non ſui per pactũ: dummodo fiat coram iudice,cuius iuriſditio prorogatur.*
*6 Remedium ut quis poſſit ubique conueniri.*
*7 Confeſſio habet uim renuntiationis & pacti.*
*Verba enunciatiua interdum inducunt diſpoſitionem.*
*8 Non poteſt quis decipere illum qui ſecum contraxit.*
*Iudex qui indebitè abſoluit partem ab inſtantia iudicij,quæ abſolutio eſt interlocutoria,ita facit litem ſuam ſicut quando profert iniquam ſententiam diffinitiuam.*
*9 Exceptio declinatoria quæ poterat opponi coram ordinario, poteſt opponi coram delegato ab eo dato,& illa quæ non poterat apponi coram ordinario, quia ei fuerat renunciatum,nec etiam coram delegato ab eo dato.*
*10 Iudex qui male iudicat,ſicut facit litem ſuam:ita arbiter uel arbitrator, ſed tamen non tenentur niſi de dolo & lata culpa.*
*Quid in conſiliario cui cauſa per iudicem fuit commiſſa? & quid in teſte uel notario?*
*11 Statuto dicente quòd quando cauſa uertitur inter conſanguineos debeat fieri compromiſſum,an intelligatur de tota cauſa,an etiam de aliquo articulo non concernente negotium principale?*
*12 Caſus in quibus non poteſt quis renuntiare iuri pro ſe introducto.*

LEX XXIX.

1 SI quis in conſcribendo.† Poteſt qs renuntiare priuilegio fori, & omni alteri iuri introducto in eius fauorem,& iudex admittens exceptionem fori nõ ad-
2 mittendam,facit litem ſuam.hoc dicit not.iſta ſingularis.l.† Et ſemper allegatur,ꝙ poteſt quis renuntiare ei quod pro ſe introductum eſt.facit.l.ſi iudex circunuento.de mino.& ff.eod.l. pactum.Dubitatio huius.l.erat:quia iſta renuntiatio erat facta extra iudicium in inſtrumento contractus.Nam promittit debitor & conſentit ſe poſſe vbiq; conueniri coram aliquo iudice, non obſtante quocunq; priuilegio fori. Si enim coram aliquo iudice fieret iſta renunciatio,& ꝙ poſſet conueniri corã illo,etiã de iure veteri non erat dubiũ ꝙ valebat,vt in l.j. ff. ſi quis in ius voc.
3 non ie.& in l.ſi fideiuſſor.in prin.ff.qui ſatiſd. cog. † ſed per pactum extraiudiciale non poterat prorogari iuriſditio iudicis nõ ſui.vt in l.ſi conuenerit.ff.de iur.om.iud.alleg.in prin.gl.ma.pro contraria.& illa poterat facere dubium.Sed certè aliud eſt prorogare iuriſditionẽ iudicis non ſui,& cui nullo modo quis ſubeſt,& fateor ꝙ iſtud nec olim nec hodie fieri poteſt per pactum extraiudiciale:vt ſi quis in inſtrumento cõſentiat ſe poſſe vbiq; conueniri,vbicunque fuerit repertus:puta Boñ. Floren. &c. & vbiq; locorũ,& tunc per hoc pactum non datur iuriſditio iudici non ſuo:& ſi corã eo conueniatur,poteſt forũ declinare ante li-
4 tis conteſt.vt in d.l.ſi conuenerit.† Aliud eſt renuntiare priuilegio fori,quo caſu non dat iuriſditionem ei qui nõ habet:imò cũ ab illo qui habet eſſet exemptus per priuilegium, per hãc renũtiationem ad ipſum reuertitur. Pone exemplum in ſcholari qui ſubeſt iuriſditioni poteſtatis, tamen habet priuilegium per au-
✱ then.habita ✱ j.ne filius pro patre.vt ✱ poſsit declinare iuriſditionem illius,& petere ſe remitti ad rectorem.Item in milite,qui poteſt ſe remitti ad magiſtrum militum,puta ſuum capitaneum,vt l. magiſteriæ. j. de iuriſdict.om.iud. Item in clerico qui obtinuit à Papa ꝙ coram epiſcopo ſuo nõ poſſit inuitus conueniri. licet coram alio quodam.puta Archidiacono, vel conſeruatore.certè poſſunt iſti renuntiare huic priuilegio:& ſic poterit conueniri corã poteſtate,vel epiſcopo:quia res per hoc reuertitur ad ſui naturã.quod eſt facilius, vt ff.e. l. ſi vnus.§.quod & in ſpecie dotis. Et dico ꝙ hoc poterit facere clericus abſq; licentia illius ſpecialis iudicis,propter rationẽ prędictã.licet non poſsit prorogare iuriſditionẽ alterius iudicis penitus nõ ſui:puta alterius epĩ,niſi cũ licentia ſui epĩ.vt in c. ſignificaſti. de fo. cõpe.& ſi vellet ꝓrogare in laicũ etiã cum licentia epĩ, non poſſet.eo.tit.c. ſi
5 diligenti.† Sed laicus ſine licẽtia ſui iudicis bene poſſet prorogare iuriſditionem iudi-
b cis[b] non ſui.vt in l.j.j.de iur.om.iud.& poſ-
c ſet fieri iſta prorogatio per pactum,[c] dũmodo fiat coram ipſo iudice cuius iuriſditio prorogatur.vt ff.de iudi.l.j.& extrà de iud.c.j.non aũt per pactũ extraiudiciale.vt d.l.ſi conuenerit.licet renũtiatio fori bene poſſet fieri per pactũ extraiudiciale.vt hic:quia redit ad ſuum iudi-
6 cem ordinariũ non aũt ꝓrogatur iuriſditio iudicis.† Eſt ergo remedium vt quis poſsit conueniri vbiq; locorũ,ꝙ ꝓmittat ſoluere vbicunq; fuerit inuentus.& tunc ratione collatæ ſolutiõis ſortitur vbiq; forũ,ſicut ſi ibi cõtraxiſſet.vt l.cõtraxiſſe.ff.de act. & ob.& probaẽ iſta practica in l.Titiũ & Mæuium.§.tutores.ff.de admi.tu.& in l.Lucius.la j.ff.depo.Et iſta eſt cõmunis opi. doc. vt not.Cyn.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſco.& cleri.vbi iſta.l.ponitur de verbo ad verbum.Sed do.Raph.tenet ꝙ etiam ſi non conferatur ſolutio,ſed conſentiat ſe poſſe conueniri vbicunq; fuerit inuentus,ꝙ iſtud ſufficiat per c.dilecti.de foro compe.& per.l.in bonæfidei.in fi.ff.de eo quod cer.lo.& ratio eſt.qa tacitè videtur promittere ibi ſoluere, poſtquam vult ibi poſſe conueniri.cum ſolutio ſit fienda in loco vbi petitur.vt in l.vinũ. ff.ſi cer.peta.& quia ratione collatæ ſolutionis poſſet ibi conueniri.licet de conuentione nihil eſſet dictum:quia venit in conſequentiam.Ita & econuerſo ſi fit mentio de conuentione,ſufficit: licet de ſolutione nihil ſit dictum.Et putat hanc opi.eſſe conformem iuri ciuili & canonico. Ego bene vidi hoc ſeruari in curia Romana in inſtrumentis quæ ibi fiunt,vt pars ſe ſubmittat iuriſditioni cuiuſcunq; iudicis ordinarij etiam non ſui:& hoc ſolũ ſufficit,vt coram quocunque poſsit trahi.& ita vidi ſeruari de facto.Sed ad.l.ſi conuenerit.ipſe non reſpondet.nec video qualiter poſſet reſponderi.ideo de illa practica mirabar: quia contra communem ſententiam doc.Nunc ergo no.j.in prin.dum dicit
7 [ſi confeſſus &c.] † quòd confeſsio habet vim renuntiationis & pacti.quod probatur in l.tale pactum.in prin.ff.eod. licet confeſsio ſit quædam renuntiatio,ſed renuntiatio & pactum ſit diſpoſitio.& ſic verba enuntiatiua interdum inducunt diſpoſitionem.quod dic, vt in l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.per Bart.& in
8 l.ex his.j.de mil.te.† Item no.circa medium quòd nõ debet quis
d decipere illum[d] qui ſecum contraxit.facit.ff.de inſti.l.ſed & ſi pupillus.§.ſed & ſi aliàs.& de exerci.l.j.§.magiſtrum.facit. l. iij. §.j. ff.de arbi.Item no.circa fi.primò quòd iudex qui indeditè abſoluit partem ab inſtantia iudicij:quæ abſolutio eſt interlocutoria vt not.per Bartol.in l.Titia.ff.de accu. ita facit litem ſuam ſicut quando profert iniquam ſententiam diffinitiuam. Si enim admittit exceptionem declinatoriam fori,abſoluit reum ab inſtantia iudicij: & pronuntiat ſe non eſſe iudicem competentem. & ſentit hic Bartol.quòd teneatur in æſtimatione totius litis: licet actori remaneat ſaluum ius agendi iterum per.l.pe.§.j.ff.ne quis eum qui in ius voc.ſicut ſi iudex debitorem ad inſtantiam creditoris captum relaxaret indebitè.Sed Bald. tenet contra quòd non teneatur niſi quatenus religioni ſyndicantis,id eſt,ſyndico-
✱ rum æquum videbitur.vt in l.ſi filius.ff.de iudi. & de var. ✱ & extraord. ✱ cog. l. finali. vnde ſi facile eſt actori reinchoare litem condemnabitur ſolum in expenſis factis in prima lite,

a ¶Sufficit ꝓbare poſſeſsionem.Adde Barba.cõſ.lvij.inci. clementiſsimum Deũ. in x.co.in iiij.vol. idẽ Barba.conſ.xiij.inci. difficile eſt.in v. col. in ij.volu.

b ¶Prorogare iuriſditionem iudicis. An qñ prorogatur iuriſditio iudicis ſit neceſſarius conſenſus iudicis.vide per Ang. in l.j.in ij.col. de iuriſd. om.iud.

c ¶Per pactum. Adde Inno.in c. dilecto. de off.archi gl.& Doc. in c. ſignificantibus. de offi.deleg.

d ¶Decipere illũ. Adde text. in l. ſed & ſi pupillus.in §. ſed & ſi aliàs.ff.de inſti. & in l.j. in §. magiſtrũ. de exerci.ca. vtilem. xxij.q.ij.& in c. pen. de emp.& vend.

a ¶Exceptio declinatoria. Adde Lud. ro. in l.j.ff.de arbit.
b ¶Iudicat. Adde l.j.ff. ff.de var.& extraor. cog.inſti.de obli.quę ex quaſi deli.in prin.
c ¶Et ita dicit. Adde ꝙ Bal. in l. pupillus. §.ſi ex cauſa.ff.de mi no.& l.pe.ff.de his q ſunt ſui vel alie. iur. tenet cõtrariũ. & refert d.Bart.ſozi.I ſuo cõſil.ccc.col.vj.Moderni pleriq; tenuere contrarium.

quæ fuerunt perditæ propter dictam ab-
ſolutionem.Sed ſi non eſt facile,poteſt pro
cedere dictum Barto. lex autem in qua ſe
fundat loquitur in eximente, per vim. qui
plus delinquit.ſ.dolo:ſed hic iudex per im-
prudentiam:ſed ſi dolo,adhuc poſſet proce
dere dictum Bart.Intellige tamen quando
talis interlocutoria eſſet valida: & ſic facit
præiudicium ſaltem in inſtantia.ſecus ſi eſ-
ſet inualida:& ſic nullum faceret præiudi-
cium per ea quæ not.in d.l.fi.de var. & ex-
9 traor.cog. Item not.†quòd exceptio decli-
a natoria[a] quæ poterat opponi coram ordi-
nario,poteſt opponi coram delegato ab eo
dato. Et econuerſo illa quæ non poterat opponi, quia ei fuerat
renuntiatum coram ordinario,nec etiam coram delegato ab eo
10 dato.facit j.qui pro ſua iuriſd.l.j. †Item not.tertiò.& ad hoc ſem
b per allegatur,quòd ſicut iudex qui malè iudicat[b],facit litem ſuã:
ita arbiter, vel arbitrator. ſed tamen non tenetur niſi de dolo &
lata culpa. poſtquam fuerunt aſſumpti de cõſenſu partium. per
l.j.§.j.ff.ſi men.fal.mo.di. Et idem videtur in conſultore cui cau
ſa per iudicem fuit commiſſa. ad quod vide j.de diſcuſ.libr.x. &
quod ibi not.per Bar.Et idem videtur in teſte.& in notario.vt j.
de teſti.l.ſi quando. in fi. Item in iſto fine eſt vna glo. ſuper ver-
bo [ſententia.] in fin.quam Barto.multum not.nam dicit poſſe
hoc intelligi quando fuit factum compromiſſum de iſto articu-
lo duntaxat.ſcilicet an exceptio fori eſſet admittẽda vel nõ pro-
11 pter renuntiationem. †Quod dicit facere ad ſtatuta dicentia ꝙ
quando caſu vtitur inter cõſanguineos, quòd debeat fieri com-
promiſſum ad inſtantiam alterius eorum petentis. Pone ergo ꝙ
vertitur dubitatio ſuper aliquo articulo non concernente nego-
tium principale,ſed ordinem iudicij,vel inſtantiam,vna pars pe
tit articulum compromitti virtute ſtatuti. Altera pars dicit ſta-
tutum debere intelligi quando peteretur compromiſſum ſuper
tota cauſa. Bart.dicit hanc glo.facere pro prima parte.& ad hoc
c vidi pluries allegari iſtum tex.cum glo.& ita dicit[c] domi.Raph.
obtinuiſſe de facto,cum peteretur cõpromiſſum ſuper tota cau-
ſa.& dubitaretur an eſſet fiendum,& iudex ſententiabat ꝙ fien-
dum nõ erat,ipſe petijt compromitti iſtum articulum ſolum: an
eſſet fiendum compromiſſum ſuper tota cauſa vel non:& ſic ex-
12 traxit de manibus iudicis ſuſpecti. †Vltimò habes hic vnam gl.
magnam quæ ponit multos caſus fallentiæ ab iſta regula. quòd
poteſt quis renuntiare iuri pro ſe introducto. Barto.autem recol
legit per modum diſtinctionis. Tu conclude quòd iſta regula
ſolum habet locum quando illud cui renuntiatur erat ius poſi-
tiuum introdum merè in fauorem ſui, & renuntiatio non indu-
cit aliquid quod ſit contra bonos mores, vel ad delinquendum:
& quando talis renuntians eſt talis conditionis quòd poteſt ſibi
præiudicare.his concurrentibus habet locum iſta regula: altero
deficiente non: puta ſi non erat poſitiuum, ſed naturale. vt l.ius
agnationis.ff.eod.vel ſi erat poſitiuum,erat introductum ob pu-
blicam vtilitatem,vt ſunt iura ſtatuentia certam formam ſeruan
dam in actibus hominum: vt in l.nemo poteſt.de lega.j.vel iura
fiſcalia:vt in l.ius publicum.ff.eo.vel ſi erat introductum odio al
terius,non fauore renuntiantis.vt in l.tamet ſi.ff.ad macedo.vel
fauore tertij.vt in l.ſi vnus.§.ante omnia.ff. eo. vel communiter
fauore renuntiantis,& publico ſeu tertij: quo caſu ſi poſſunt ſe-
parari,tenet quo ad ipſum renuntiantem,non quo ad ius publi-
cum,vel tertij.vt in l.ſi vnus.§.Item ſi paciſcar. ff. eodẽ. Secus ſi
non poſſunt ſeparari:quia tunc in totum nõ valet. vt in l.de die.
ff.de pact.do.Item ſi eſſet contra bonos mores. vt in l.alia cauſa.
§.eleganter.ff.ſol.matrimo.vel induceret ad peccandum. vt in l.
conuenire.ff de pact.dot.vel eſſet minor,aut mulier,qui nõ poſ
ſunt renuntiare beneficijs pro ſe introductis: propter fragilita-
tem ætatis,ſeu ſexus.vt not.in l.ſi iudex circunuento.ff.de mino.
Cætera circa iſtam materiam vide per Cyn.in d.l.ſi quis in con-
ſcribendo. & in authenti. vt ſine prohibit.ma.§.quia verò.& in
Specul.de renun.& conclu.§.j.vbi pleniſsime proſequitur hanc
materiã per ſingulos articulos,formãdo plures.q. Et adde quod
not.per eundem.in tit.de proba.§.videndum.verſi. ſed pone. &
verſi.quid ſi ibi.

*2 ☞ In hæreditate uiuentis,an poßit quis habere ſpem probabilem?*
*Si quis remittat alicui omne ius quod habet.uel habere ſperat ſuper bonis ſuis,uel alterius.iſta remißio non extenditur ad hæreditatem poſtea directò ad ipſum deuoluendam: nec ad illam ſpem quæ orìretur ex cauſa de nouo ſuperueniente.*
*3 Quot modis dicatur eſſe contra bonos mores?*
*Filius poteſt paciſci cum creditoribus paternis, quòd ipſum non conueniant, poſtquam erit hæres patris, & ſic ſuper hæreditate paterna.*
*4 Filius an poßit uiuente patre liberare debitores paternos, & an teneatur ſeruare liberationem poſtquam erit hæres patris?*
*5 Pater an poßit paciſci ſuper hæreditate filij uiuentis?*
*6 Si filij uiuente patre diuidunt inter ſe bona paterna, conferendo diuiſionem poſt mortem patris,an poſt mortem illius poßint eis per fiſcum auferri?*
*7 Conceßio præbendæ non uacantis an ualeat?*
*Si à principio cùm confertur beneficium uacans alicui, apponatur clauſula quod ipſo mortuo perueniret ad alium,non ualeret.*
*Si conferatur abſenti beneficium uacans,cum clauſula quòd ſi non acceptabit, conferatur alteri,non ualet hæc clauſula.*
*8 Non poteſt inferior à Papa dare ſpeciale mandatum alicui de conferendo beneficium uacaturum,etiam incerti hominis:ſed poteſt dare mandatum generale, puta ſuo uicario,quòd conferat beneficia quæ uacabunt.*
*An in eo quod quis facere non poteſt,poßit alteri facienti conſentire?*
*9 Differentia an quis promittat aliquem inſtituere,uel promittat ſibi ſuam hæreditatem: quia non ualet promißio,an autem ſi promittat bona ſua,etiam omnia.*
*10 Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum eſt in totum nulla, & non ſolũ in futuris,ſed etiam in præſentibus: etiam ſi donator reſeruauit ſibi uſumfructum.*
*11 An ualeat pactum uel conuentio ſuper iure ſucceßionis futuræ conſeruando. quòd perderetur ſi pactum non fieret? & nu.13.*
*12 Clauſula appoſita in donatione,quod non poßit illa reuocari propter cauſam ingratitudinis futuræ,non ualet.*
*13 Statutum ſi dicat quod exiſtente maſculo, filia dotata non ſuccedat ab inteſtato. an tunc cum filia dotatur,poßit paciſci cum patre quòd ſibi ſit ſaluum ius ſucceßionis?*
*14 Quid ſi ſtatutum dicat quod ingreſſa uel ingrediens monaſterium non ſuccedat patri, an ualeat pactum in contrarium,poſito quòd ſtatutum ualeat?*

## LEX XXX.

1 DE quæſtione tali.†Conuentiones ſeu cõ
tractus celebrati ſuper
hæreditate tertij adhuc viuentis ſub ſpe ad ipſos de-
uoluendæ.non valet:niſi interueniente cõſenſu illius,
& perſeuerante vſq; ad mortẽ.h.d.iſta l.vulgaris,& eſt de quin-
quaginta deciſionibus Iuſtiniani.vt colligitur eo ꝙ recitat opin.
antiquorum,& ſuper eis decidit. Et idem videtur dicendum de
l.præcedenti:quæ idem facit.Et diuide in quinq; partes. Primò
ponitur quæſtio & dubitatio antiquorũ.vſq; ibi.[faciebat.] Se-
cundò ponitur vna ratio pro parte negatiua, & altera pro affir-
matiua.vſque ibi.[ſed nobis.] Tertiò ponitur deciſio pro parte
negatiua. vſq; ibi.[niſi ipſe fortè.] Quartò ponitur limitatio &
modificatio deciſionis. vſq; ibi.[iubemus.] Quintò & vltimò
ponitur extenſio ad alios caſus,qui reperiebãtur etiã de iure ve-
2 teri deciſi. †In prima parte ibi. [ſpes alienæ hæreditatis fuerat
&c.] videtur ergo per iſtũ text.ꝙ in hæreditate alicuius viuẽtis
poſsit quis habere ſpem probabilem:ſed ſi hoc eſt,quare nõ po-
teſt ſuper illam cõtrahere tam vendendo quàm donando. vt in
vltima parte huius legis:cum ſuper ſpe probabili poſsit fieri con
tractus.vt j.de dona.l.ſpem.reſpondendo ſecundũ Barto. ꝙ iſta
ſpes de qua hic,nõ eſt à iure reprobata.quia depẽdet à mera vo-
luntate illius.vt in l.poſt emãcipationem.ff.de lib. leg.tunc autẽ
eſt probabilis,quãdo dependet à caſu fortuito:nõ autem à mera
volũtate alterius.& ideo ſi quis remitteret alicui omne ius quod
habet, vel habere ſperat ſuper bonis ſuis vel alterius, iſta remiſ-
ſio nõ extenderetur ad hæreditatẽ poſtea directò ad ipſum de-
uoluendã,quominus non obſtante remiſsione poſſet adire. Nec
etiã extenderetur ad illam ſpẽ quæ oriretur ex cauſa de nouo ſu
perueniente,ſed ſolũ ad illam quæ ex cauſa ſubſiſtente tempore
remiſsionis.& ita not.per Barto.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.
de ver.obl.& in l.ſi vxor.§.diuus.ff.de adul.& etiam hic in fi. tã-
gitur per eũ. In text.ibi [mortuus fuerit.] ſubaudi qui viuebat.
Idem videtur ſi erat mortuus, ſed de eius morte dubitatur per l.
nec nos.j.de capti.& quod no.Bal.s.e.l.j.In ſecũda parte in ver.
[faciebat autem.] ibi. [quia adhuc &c.] ponitur ratio pro par-
☞ te negatiua.& dum j.dicit. [& quia.] ponitur ratio pro parte af
firmatiua. quia licet iſta conuentio facta fuerit tempore prohi-
to.ſcilicet viuente,illo de cuius hæreditate agitur:tamen fuit col
lata in tempus permiſſum.ſcilicet poſt mortem illius.& poſtquã
ad eos deueniſſet hereditas.ergo &c.argumen.in l.in tempus.ff.
de hæredib.inſtituen. In tertia parte.in verſicu. [ſed nobis.] ibi
odioſæ.

[odioſæ.] i.odibiles ſecundũ Bald. Item ibi. [periculoſi euen-
tus.] ſubaudi illi de cuius hæreditate agitur, quia cauſant & vo
tum captãdæ mortis inducunt,& propter hoc dicũtur cõtra bo-
nos mores,vt ſequitur.†Et vide quot modis aliquid dicitur eſſe
cõtra bonos mores,quod no.Bal.in l.pactũ.j.de colla.xix. q. Itẽ
in quarta parte ibi. [& in ea vſq; ad extremũ &c. Sic ergo not.
quod licet ſemel cõſenſerit,põt pœnitere quouſq; viuit: quia ex
illo conſenſu nullum ius fuit acquiſitũ ipſis cõtrahẽtibus: alias
pœnitere non poſſet,vt in regula quod ſemet placuit.& ff. de a-
qua plu.arcen.l.in diem. In vltima parte ibi.[iubemus.]ſed quę
differentia eſt inter hunc caſum & primum? Reſpondeo:quia in
primo plures ſperabant hęreditatẽ ad ſe deuolui,& paciſceban-
tur ſuper ea diuidenda.hic verò alter ſperabat alter non, & pri-
mus cum ſecundo contrahebat,vendendo,pignorando,vel do-
nando bona,cum ad eum ex ſucceſsione peruenerint. & iſte ca-
ſus reperitur de iure veteri deciſus,vt in l.quidã in iure. §.j. ff. de
dona.in l.ij.in fi.ff.de his qui.vt indig.& hic in gloſſ. quæ incipit
[ſed potius.Super ſecunda gl.quæ incipit [hæc lex.] in fi.con-
tra iſtam glo.opp.de l.& ſuũ hæredẽ.aliàs eſt.l.iuriſgentiũ. §. pe.
in fi.ff.eo.vbi filius poteſt paciſci cũ creditoribus paternis quòd
ipſum non conueniant poſtquã erit hæres patris,& ſic ſuper hæ
reditate paterna.Solu.ſpeciale eſt ibi duplici fauore. ſ. liberatio-
nis,& filiationis. & ſic alio modo non poſsit paciſci. nec etiam
aliis quàm filius.vel ꝙ etiam alius poſſet* peruenire * ad libe-
rationẽ,& ſic eſt ſolus vnus fauor.nam non paciſcitur ibi ſuper
hæreditate viuentis:quia illæ actiones quæ cõpetunt contra pa-
trem,ſunt in bonis paternis,ſed in bonis creditorũ, ſecundũ do-
4 minũ Raph.quod placet.† econtrà verò an filius poſsit viuente
a patrẽ liberare debitores paternos,& an teneantur ſeruare libera-
tionem poſtquã erit hæres patris,iſta. l. facit ꝙ non.imò ꝙ hære-
ditas ſibi auferatur tanquam ab indigno.vt in alia glo. quæ inci-
pit [ſed potius.] iuncta iſta gl.quæ vult ꝙ habeat locũ in filijs.
vide de hac quęſtione per Bar.poſt Dy.in l.cũ dñs.§.fi. de pecu.
5 lega.& in l.filius.ff. de ſol.& tetigi.s.eo.l.filius.† Item an iſta. l.ha
beat locum in parentibus paciſcentibus ſuper hæreditate filij vi
uentis,videtur ꝙ non: quia nunquã ipſi optant mortem filiorũ:
ſed prædiligunt eos ſuperuiuere ſibi.vt in l.nam & ſi parẽtibus.
ff.de inoffi.teſta.& ſic ceſſat ratio huius.l. Contrarium determi-
6 nat Bald.hic.quia non ſaltem ceſſat ratio poſita in fi.huius.l.† Si
ergo filij viuente patre diuidunt inter ſe bona paterna, conferen
do diuiſionem poſt mortem patris:videtur ꝙ poſt illius mortem
bona poſſint eis per fiſcum auferri.per id quod dicitur in alia gl.
Ideo cauent.nam Bar.in d.l.cum dominus.videtur ſentire ꝙ il
7 la pœna etiam ſibi locum vendicet in filijs.† In alia glo.quæ inci-
pit [ſed potius.] ibi. [quòd tenet conceſsio præbendæ non va-
cantis.] Aliqui habent ꝙ non tenet.& hoc magis placet,per id
quod infra ſubijcit gl.quod falſum eſt.& vult dicere quòd ſi cõ
feratur præbenda vacatura certi hominis poſt mortem illius,nõ
valet per hanc.l.Sed ſi incerti,puta prima præbenda quæ vaca-
bit,tunc valet:ſicut pactum ſuper hæreditate futura hominis in-
certi.vt l.iij.§.pro illo. ff. pro ſocio breuiter de iure canonico in
Papa qui poteſt omnia,iſta diſtinctio eſſet bona. ipſe enim con-
cedit beneficia vacatura hominis incerti, ſed certi non conſue-
uit conferre.Inferior verò à Papa nec certi neque incerti poteſt
conferre,etiam de voluntate illius cuius eſt beneficium: licet in
contrarium faciat iſta lex.vt in c.ij.de conceſ.præbend.& ibi no
tatur in gl.iij.& etiam ſi ſit legatus de latere.vt in c.dilectus. eo-
6 dem tit.licet legatus poſsit reſeruare b ſibi collationem beneficij
vacaturi.vt in c.generali. de offic.delega.lib.vj.Et not.gloſ. Ac-
cur.in l.ſi certarum.in fin.ff.de teſta.milit.vnde etiam ſi à princi-
pio cum confertur beneficium vacans alicui,opponeretur clau-
ſula quòd ipſo mortuo perueniret ad alium,non valeret vt in c.
accepimus.extra de pactis. Et ſi conferatur abſenti beneficium
vacans,cum clauſula quòd ſi non acceptabit, conferatur alteri:
non valet hæc clauſula.vt in c.ſi tibi abſenti.& ibi no.in glo. ſed
1 cum quid.de præben.libro vj.† Nec etiam poteſt inferior à Pa-
pa dare ſpeciale mandatum alicui de conferendo beneficium
vacaturum etiam hominis incerti,puta primum vacans: quia vi
deretur fieri in fraudem conſilij generalis.de quo in dicto ca. ij.
ſed bene poteſt dare mãdatum generale,puta ſuo vicario quòd
conferat beneficia quæ vacabunt.vt in c.fi.& ibi not. de offi.vi-
ca.lib.vj.In alia glo.quæ incipit [ſed ipſe.] ibi. [& ſic no.quòd
non poteſt facere.] Iſtud notabile colligi- a
tur ex hac. l. non enim hic conſentit in eo
quod facere non poteſt. nam ipſe non po-
teſt taliter paciſci ſuper ſua hæreditate, ꝙ
ipſe obligetur ad ipſam dandam alteri. vt
s.eodem.l.pactum.Et eodẽ modo non poſ b
ſet conſentire alteri,taliter quòd cõſentiẽs
obligaretur. Sed hic non obligatur: quod
patet.quia poteſt recedere à cõſenſu quo-
uſque viuit.vt dixi ſuper text. quod facere
non poſſet ſi ex illo conſenſu eſſet obliga-
tus.vt ibi dixi. An autem iſtud ſit verũ in ſe vt in eo quod quis
facere non poteſt, poſsit alteri facienti conſentire.dic vt not. in
l.ſi fundus.§.j.ff.de pigno.& in regula iuris. Aliud eſt vendere
9 &c.† In glo. ibi. [per ſtipulationem.] tamen iſta gloſſ. prima
facie videtur velle facere differentiam inter ſtipulationem, &
pactum.ſ.quod pactum ſuper hæreditate viuentis non valeat:
vt in hac l. ſed ſtipulatio ſic.cuius contrarium voluit alia glo.ſu-
prà.quæ incipit [per ſtipulationem.] nam intelligit hanc.l. etiã
ſi interuenit ſtipulatio.& bene.dic ergo quòd iſta non fuit inten
tio glo.ſed alia,quòd longa eſt differentia an quis promittat ali-
quem inſtituere,vel promittat ſibi ſuam hæreditatem.& tũc nõ
valet promiſsio.vt in l.pactum.s.eod. Aliud eſt quòd promittat
ſua bona etiam omnia:quia tunc valet & obligat ſtatim.& ſi cõ-
ferret poſt mortem, puta omnia bona mea do.poſt mortẽ meã,
adhuc valeret:quia intelligeretur de bonis quæ habebat tempo-
re promiſsionis,& non venirent poſtea quæſita. licet in contra-
rium faciant illa verba poſt mortem.quaſi intellexerit de omni-
bus bonis quæ tempore mortis habebat. cuius contrarium vult
iſta gloſſ.& etiam Doctores,quod eſt ſing.vt iſta generalis pro-
miſsio,vel donatio de omnibus bonis ſuis poſt mortem reſtrin-
gatur ad illa quæ habebat tempore promiſsionis vel donatio-
nis, & non extendatur ad alia. per. l. ſi ita.de au.& argen. lega.
Sed in contrarium facit.l.cogi.in princ.ff.ad Trebel.Sòlu.in vl-
tima voluntate ſi quis relinquat alicui omnia bona ſua: videtur
ſenſiſſe de præſentibus & futuris.& ibi fauore vltimæ volunta-
tis,quæ extenditur: nec redditur nulla ex hac extenſione: ſecus
ſi in contractibus: qui non ſunt ita fauorabiles. & ex iſta exten-
ſione redderetur donatio nulla. quoniam per indirectum au-
ferret liberam teſtamenti factionem, ſeu facultatem habendi
hæredem ex teſtamento,vel ab inteſtato:quia nullus vellet eius
hæreditatem apprehendere, cogitans quòd neceſſe haberet o-
mnia bona tradere donatario. & hæc fuit ſententia Pet. ſuper
hac gloſſ.quam ſequuntur Barto.& Bald.& quaſi omnes exce-
pto Ange. de peruſio. qui diſputando tenuit contrarium: ſed
probationes ſuæ non vrgent, quia concludunt quòd non tolli-
tur facultas teſtandi directè,cùm non efficiatur inteſtabilis,ſed
hoc negant prædicti Docto. ſed dicunt tantum valere tolli per
indirectum quàm directò.arg.c.cum quid vna.de reg. iuris. in
10 vj.& iſtud quotidie contingit de facto. † & plus tenet Bald. li-
cet Bartol.non determinet,quòd donatio præſentium & futu-
rorum in totum erit nulla,nõ ſolùm in futuris,ſed etiam in prę-
ſentibus.& iſtis diebus conſului ſecundũ iſtam opinionem.quã
etiam ſequitur do.Raph.Bar.etiã conſuluit eo caſu quo reſerua
uit ſibi vſumfructum:quia de vſufructu non poteſt teſtari poſt
eius mortem,cum confirmatur morte.nec etiã de fructibus per-
ceptis,ſi extarent:quia includerentur appellatione preſentiũ &
futurorũ:& venirent in don. In gl.fi.ibi.§. [de illo.]dic ꝙ ibi de
hæreditate incerti hominis.hic certi.Itẽ in ſequenti contrario ve
nit hæreditas ratione cuiuſdam neceſſariæ cõſequentiæ. Item in
alia l.ſi quis ſeruũ.ff.de act.emp.valet pactũ propter neceſsitatẽ
11 præcedentis contractus.† Vltimò Bar.ſatis vtiliter examinat ma
teriã huius.l.per quatuor quæſtiões principales:ad quas ſemper
recurritur.prima eſt an valeat pactum vel conuentio ſuper iure
ſucceſsionis futuræ conſeruando, quod perderetur ſi pactum
non fieret.& in hoc breuiter aduerte, quod aut veniret perden-
dum facto teſtatoris:puta ſi filius commiſit cauſam ingratitudi-
nis,propter quam poteſt exhæredari, & faciat pactum cum pa-
tre quòd ipſum non exhæredet.& tale pactũ valet: quia iniuria
præterita poteſt remitti.vt in l.in ipſius.j.fami.erciſcũ. & in l.iij.
§.fina.ff.de libe.leg.& ſi eum exhæredaret,eſſet iniuſta exhære-
datio.& rumperetur teſtamentum per querelã.non ſic ſi iniuria

a ¶ Viuente patre. Adde Spe.in tit. de pac. in §.pen.verſ.quid ſi filius. Lap. & domi. in c.quamuis.de pac. lib.vj.

b ¶ Reſeruare. Adde glo.in c. dilectus. de offic.leg.c. cum dilectus.de iur.pa.c. præſenti. & c. deliberatione. de offic. legat. lib.vj.

a ¶ Succedat. Adde Lu-
do. Ro. in l. ſtipulatio
hoc modo. ff. de ver.
obli. Abb. in repe. c.
eccleſia ſanctæ Ma-
riæ. de conſtit. Pet. de
Anch. conſi. cclxviij.
incip. pro & contra.
Car. conſil. lxviij. in-
ci. in ciuitate trigeſti.

nondum erat cōmiſſa. & quia pactū ꝙ pro
cōmittenda nō exhæredetur, quia dat ma-
teriam delinquēdi. & dolus futurus remit-
ti nō poteſt. vt in l. conuenire. ff. de pac. do.
& in l. ſi vnus. §. illud nulla. ff. eo. titu. Et ſic
12 nota. †ſecundū Bal. non valere clauſulam
appoſitā in donatione, quod nō poſsit re-
uocari propter cauſam ingratitudinis futu-
ræ: licet cōiter in donatione apponaẗ. quod
tene mēti. Et iſtis diebus allegaui iſtud dictū in quodam cōſilio.
Si verò illud ius ſucceſsionis venit perdendū ex diſpoſitione l.
13 vel ſtatuti, puta. †Dicit ſtatutum ꝙ exiſtēte maſculo filia dotata
nō ſuccedat ab inteſtato, filia cū dotatur paciſciẗ cū patre quod
ſibi ſit ſaluū ius ſucceſsionis, an valeat pactū? videtur quod nō:
quia hæreditas nō debet deferri per pactum, ſed per l. vt in l. le-
ge obuenire. ff. de ver. ſig. & j. de pac. cōuen. l. hæreditas. In con-
trarium. nā iure veteri cū pater emancipabat filium, ſoluebatur
ius agnationis. & per cōſequens ius legitimæ ſucceſsionis. & ta-
men pater cū emācipabat, poterat paciſci quod tale ius remane-
ret ſibi ſaluū, & valebit pactū: licet hodie ſit ſaluum etiā ſine pa-
cto. inſtit. de legi. agna. ſucceſ. §. fi. Bar. tenet hanc partem eo caſu
quo pater teſtando poterat prouidere filiæ, nō obſtante ſtatuto
quod loquitur ab inteſtato & ſic nō excludit à ſucceſsione teſta-
mentaria. Sed ſi excluderetur ab illa: puta ꝙ nō poſſet ſuccedere
ex teſtamento, vel ab inteſtato: tunc nō dicit non valere. Tu ad-
uerte ꝙ iſta filia nō eſt excluſa patre viuēte. quia ſtatutum eam
excludit ſi deceſſerit pater cū filijs maſculis. & poteſt eſſe ꝙ ipſe
habeat maſculos. decedat tamen ſine eis. vnde excluſio venit ſiē-
da tēpore mortis, ſi tunc maſculi extabant. Venit ergo hoc pa-
ctum ad conſeruandum ius ſucceſsionis à quo filia nondum eſt
excluſa. Item iſta excluſio nō fiebat per ſtatutum fauore patris,
ſed maſculorum cui fauori pater renuntiare nō poterat. vt in l. ſi
vnus. §. ante omnia. ff. eo. Sed ipſi maſculi ſic: vt in l. præcedenti.
Dic ergo in vtroq; caſu. ſecundū Bal. ꝙ aut maſculi cōſentiunt
in hoc pacto, & valet vtroq; caſu. Aut non conſentiunt, & tunc
ſecus. Nec obſtat ille §. fi. quia nihil facit ad propoſitū: ibi enim
pater promiſsione legis expreſſa poteſt ſibi reſeruare ius legiti-
mæ ſucceſsionis in bonis filij emancipati: non ſic contrà poterat
emancipatus reſeruare ſibi ius legitimæ ſucceſsionis in bonis pa-
tris. quia iure hoc nō cauetur, vnde nō ſuccedebat de iure vete-
ri, nec de iure prætorio per bonorum poſſ. licet hodie ſuccedat
de iure ciuili per authen. de hæred. ab inteſta. Cum ergo in caſu
propoſito nō reperiatur lex vel ſtatutum ꝙ permittat filiæ reſer-
uare ſibi per pactum tale ius. imò in contrarium videtur caſus.
ſ. eo. l. pactum. non valebit reſeruatio: quicquid Bar. dicat. Sed ſi
maſculi conſentiant, ideo valet: quia videntur renuntiare ſtatu-
to facto in eorum fauorem. Et hoc præſuppoſito talis filia non
ſuccedat patri ex pacto, ſed de iure communi non remiſſo per
ſtatutum. Et ſic non obſtat ratio ſ. in contrarium facta de l. lege
obuenire. & de l. hæreditas. Si autem poneremus aliquā eſſe ex-
cluſam purè & ſimpliciter à ſucceſsione alicuius. Pone exem-
plum in l. j. j. de ſecun. nup. tunc nullo modo per pactum poſſet
recuperare talem ſucceſsionem. quia tunc hæreditas deferretur
per pactum, & non per legem: quod eſſe non poteſt. vt in iuri-
14 bus ſ. allega. †Pone exemplum. ſi ſtatutum dicat quòd ingreſſa
a vel ingrediens monaſterium non ſuccedat[a] patri, vel ꝙ ſit exclu-
ſa ab hæreditate paterna, præſuppoſita validitate ſtatuti. nā iſta
filia eſt excluſa ab hæreditate viuente patre: vnde per pactum
non poteſt recuperare. Cætera vide hic per Bar.

## *De tranſactionibus.* *Rubrica.*

1 ¶ *Qualiter plures tutores teneantur, pro parte, an inſolidum.*
3 *In caſu quo tenentur inſolidum, ſi unus tantum conueniatur: an habeat aliquod de quatuor beneficijs, quorum unum uocatur beneficium ordinis uel excuſsionis, aliud diuiſionis, aliud ceſsionis, & aliud utilis actionis.*
4 *Si facta eſt tranſactio cum uno ex ipſis tutoribus ſeu curato. in caſibus de quibus hic, an proſit alteri. & etiam noceat pupillo, uel adulto contra alterum?*
5 *Quare magis uni ex tutoribus uel curatoribus habenti beneficium ceſsionis, ſi ſoluat, & actio non cedatur, datur utilis ex æquitate, & tamen non uni ex fideiuſſoribus qui etiam habent beneficium ceſsionis?*
6 *Si fuit facta liberatio per acceptilationem præcedente aquiliana ſtipulatione, quæ habet uim ſolutionis, an extendatur ad tertium?*

### LEX I.

1 NEque pactio. †Liberatio facta per pa-
ctum gratuitum, vel per
tranſac. vni ex tutoribus vel curatoribus, nō pro-
deſt alteri, quominus conueniri poſsit pro mala
adminiſtratione. h. d. Et reputatur valde difficilis
propter gl. quæ primò præmittit vnum ad euidentiam. vſq; ibi.
[cùm igitur]: poſtea determinat caſum de quo quærebatur. Et
pone caſum ꝙ iſti tres tutores vel curatores dānificauerunt pu-
pillum vel adultum in centum, qui poſtea maior factus libera-
uit duos gratis, & ſic nihil habuit, vel non gratis cum tranſegit
cum eis pro viginti, & à reſiduo eos liberauit. poſtea vult conue-
nire tertium, quem nō liberauit. vel in totum, vt in primo caſu,
vel quatenus ſibi deficit. puta in lxxx. vt in ſecundo caſu. quæri-
tur an poſsit? videbatur ꝙ non: quia cū teneantur ex eadem ad-
miniſtratione, licet quilibet inſolidum, ſi adminiſtratio nō fuiſ-
ſet diuiſa per teſtatorem, vel per iudicem, videbatur quod libe-
ratio facta illis porrigeretur ad omnes alios, ſicut interruptio
præſcriptionis facta contra vnum ex pluribus reis debendi extē-
ditur ad alios. vt j. de duo. reis. l. fi. Contrarium reſpondetur, pręe-
mittendo primò ꝙ tale pactum vel tranſactio non prodeſt alte-
ri quàm ei vel eis quibus eſt facta. & hęc ſit regula generalis. quę
traditur in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Ex quo infertur
quod iſte tertius poterit conueniri. ſed inquantum? an in totum,
an in reſiduo, an in virili, puta tertia parte? nō declaratur in tex-
tu. Sed glo. voluit declarare, quod tamen facere non potuit: niſi
primò ſciatur qualiter teneatur, an quilibet pro parte tantum. an
autem quilibet inſolidū. Item eo caſu quo quilibet inſolidum, ſi
conueniatur vnus, an habeat beneficiū ordinis ſeu excuſsionis,
quod prius cōueniatur alter inſolidū, vel diuiſionis, quod prius
cōueniatur alter pro parte, ſi eſt ſoluendo. Itē an eo caſu quo nō
eſt ſoluendo. & ſic ille conuentus habeat neceſſe totum ſoluere,
an habeat beneficium ceſsionis, quod nō teneatur ſoluere niſi
primò cedatur ſibi actio contra alterū: & ſic non eſt ceſſa, an ha-
beat vtilem actionem. nam iſta quatuor beneficia locum habēt
inter plures tutores vel curatores. non tamen ſemper, ſed aliquā-
do vnum. aliquando alterum. aliquando omnia. aliquando nul-
lum, & ſuper hoc declarando gl. inſiſtit. Et vult in effectu quod
eo caſu quo ille tertius non haberet aliquod de iſtis beneficijs,
poſſet conueniri primo caſu in totum: puta in centum. Secundo
caſu in eo quod reſtat, puta in octuaginta, quia quatenus rece-
pit puta. xx. illa trāſactio prodeſt illi tertio. & nocet adulto quo-
minus poſsit illū conuenire ne bis exigat per l. ſi ex duobus. ff. de
tuto. & ra. di. Et hæc colligūtur ex gl. ibi. [his ergo caſibus &c.]
Sed eo caſu quo ille tertius haberet aliquod ex prædictis benefi-
cijs, tunc licet mero iure talis tranſactio ſibi nō proſit quominus
poſsit cōueniri, prodeſt tamen in effectu. quia conuentus oppo-
net de tali beneficio, & cum agens nō poſsit amplius illos duos
cōuenire propter ſuā liberationē, nec cōtra eos act. cedere. repel-
letur ab agendo ope exceptionis per l. ſi pupillus. ff. de admi. tut.
quæ videtur cōtraria huic l. per l. ſtichū. §. pe. vel §. ſi creditor. ff.
de ſolu. vbi qui tenetur cedere, ſi ſuo facto cedere nō poteſt: re-
pellitur ad agendo per exceptionē cedendarū. & iſta ſunt quæ
voluit gl. à principio vſq; ad illū verſi. [His ergo caſibus.] per
quæ breuibus verbis remanet declarata ſubſtantia. ſed plura re-
2 ſtant in ſingulis caſibus videre. †Et primò qualiter plures tuto-
res tenecātur, pro parte, an inſolidū, & hic diſtingue duos caſus.
licet gl. faciat plures. primus qn̄ adminiſtratio fuit diuiſa per te-
ſtatorē, vel per iudicē: puta ꝙ vnus adminiſtret bona intra ciui-
tatē, alter extra ciuitatē, tunc quilibet tenebitur pro ſua mala ad-
miniſtratione, & nō pro adminiſtratiōe alterius. vt j. de diui. tu.
l. j. ideò ſi vterq; malè adminiſtrauit, & trāſactio ſit facta cū vno
pro ſua adminiſtratione, nō proderit alteri quominus poſsit pro
ſua cōueniri. & procederet iſta l. ſine ſcrupulo, & ita intelligi pōt
tex. dū dicit [cōmuniterve.] nec iſto caſu tractādū eſt de bene-
ficijs de quibus j. vel aliquo ipſorū, ſed ſolū eo caſu quo tenētur
inſolidū, & ſic alter pro altero. Secūdus caſus eſt qn̄ nō fuit diui-
ſa per iudicē, vel per teſtatorē, & tunc tene indiſtinctè ꝙ quili-
bet eorū tenetur inſolidū. & ſic nō ſolùm pro ſe, ſed pro altero:
ſiue omnes geſſerunt, ſiue nullus geſsit, ſiue vnus geſsit, & alter
nō. Item ſiue hoc fecerit doloſè, ſiue nō dolo, ſed culpa: vt mero
iure quilibet inſolidum teneatur ad damnum pupilli, vel adul-
ti, vt